VNd demnach ſoll der Wardein die Büchßen / darinn die Proben ſeind/ alsbald mit jhme bringen / den folgenden tag früe ſampt den Räthen/ Müntzmeiſtern vnd Wardeinen / ſo von andern Müntzgenoſſen deſſelbigen Kreyß dahin geſchickt werden/an einem Platz in derſelben Statt/deß ſich die geſchickten Räthe alle oder der mehrer theil mit einander vereinigen/ Probatz anzufangen / alle Güldene vnd Silberne Müntzen / die ſeidhero des nähern gehaltenen Probationtags gemüntzt / vnd in den Büchſen dahin gebracht werden / nach aller notturfft / wie ſichs gebürt / zu probieren / vnnd die Müntzgenoſſen / den die Schlüſſel zu der Büchſen eines jeden Kreyß befohlen ſeyn / ſollen die Schlüſſel mit jhren Räthen dahin ſchicken / vnd ſo man die probation anfangen will/daß ein Büchs nach der andern in bey ſeyn aller erſcheinenden Räthen geöffnet / die Gülden vnd Silbern Müntz in vnd mit jhren Brieflein / auß jeglicher Büchſen durch dieſelben Räthe gemein auffgelegt / vnd jhrer Ordnung nach/ wie ſie nach einander im Dato ſtehen/ von den Secretarien in eim Buch regiſtrirt/dem gemeinen probierer deſſelbigen Kreyß vnderſchiedlich ſey zu verſuchen vnd zu probieren / vberantwort vnnd mit fleiß verzugt / vnd auffgeſehen / daß eines jeden Müntzgenoß/gemüntzt Gold vnd Silber eins nach dem andern vnuermiſcht probiert werde / vnnd ſo alle Proben auß den Büchſen genommen ſeind / ſoll alsbald in beyſeyn aller Räthe ein jegliche Büchſe mit jhren dreyen Schlüſſeln wider zugeſchloſſen/ dem Wardein dem die zuſtehet vberantworten/vñ die Schlüſſel darzu gehörig einem jeden / wer die vor gehabt hat/ wider gegeben werden/ der denſelbigen auch trewlich verwahren / vnd obberührter maſſen zu nechſtfolgen.

Digitized by Google

folgender Probatz wider ſchicken ſolle. Demnach ſoll der gemein Probierer eins jeden Kreyß die Gülden vnd Silbern Müntzen probieren/vnd wie er jedes werck findet / vnderſchiedlich in ein Regiſter auffzeichnen / daß man alle Proben gemacht vnd fertig ſeyn/vor allen deß Kreyß Räthen vnd Secretarien ſtattlich vnnd langſam verleſen / damit die Secretarien in Regiſtratur bey jedes werck / wie es funden worden / zeichnen möge. Wie dann hernach weiter vnd vnderſchiedlich dauon geſchrieben iſt.

Dieweil auch ſolcher Proben halber / da in einem Kreyß viel gemüntzt/ lange zeit mit dem probieren erfordert wird / ſo möchten die geordnete Kreyß-Stände/nach dem ſo die Oberkeiten/ ſo müntzen haben laſſen / erkennen vnd erwegen/je zun zeiten alle ſtück/ſo eines gehalts ſeyn/von jedem ſtück als zum halben theil in ein Zain durch einander gieſſen/vnd alsdann daſſelbig probieren laſſen/damit vbrige zeit vnd Koſten hierinn erſpart/auch das gehalt / wie jedes befunden fleiſſig geſchrieben wurde.

So aber den Müntzmeiſter / der alſo am gehalt brüchig funden / beduncken wolte/ daß in der Proben geirret / oder ſonſt nicht gleich zugangen were/ vnd ſein gemüntzt Gold vnd Silber beſſer zu ſeyn vermeint/ vnnd derhalb ſolch Proben noch ein mal zu probieren begert / ſoll man jhm ſolches vergönnen / zu laſſen / vnd den gemeinen Probierer / zween auß den Räthen / vnd zween auß den Wardeinen/ſo auff derſelbigen probation ſeynd/ zugeben/die bey der zweiten Prob ſeyn / vnd mit auffſehens haben ſollen/ damit niemand verkurtzt. Wurde dann der Müntzmeiſter abermals wie vor/bruchig befunden / ſoll er den Koſten der zweyten Proben/ vnd ſonderlich was der Müntzgenoſſen Räthe / zu derſelben probation geſchickt / vnd in dem daß ſie lenger bleiben/vnd der zweyten probation außwarten muſſen/verzehrt hetten/beneben gebürlicher Straff außrichten vnd bezahlen/ vnd alsdann weiter zu probieren nicht zugelaſſen/ſondern vorgemelter maſſen geſtrafft werden.

Reuiſio dubiæ probationis.

Quilibet Monetarius & Guardinus tenetur etiam extra conuentũ probatorium ſuſpectos nummos qualescumq; probare, & Ordinibus Circuli indicare.

Idem Aug. ibidem.

WO auch auſſerhalb der probationtag / vnd darnach gebrachten Proben/einige Müntz/es ſey Gold oder Silber/falſch oder verdächtlich angeſehen / vnd an die Wardein oder müntzmeiſter gelangen wurde / ſollen ſie alsbald dieſelben Müntz probieren/ auffziehen / vnnd auff die probationtag bringen / vnd daſelbſt anzeigen/ wie ſie die befunden/vnnd was Koſtens darauff gangen weren / der ſoll von den Müntzherren als gleich bezahlt werden. Were es aber ſach / daß der Wardein oder Müntzmeiſter den falſch oder verdächtligkeit zeitlich nach der gehalten probation befunde / alsdann ſoll er denſelbigen alsbald ſeiner Oberkeit anzeigen / die dann forder vnuerzüglich an die

Digitized by Google

an die Müntzgenoſſen ihres Kreyß gelangen laſſen / welcher dann weiter den andern Kreyſen eröffenen vnnd zu erkennen geben ſoll / ſich dauor zu hüten / vnd der gebür darauff zu handlen wiſſen.

Idem Aug. ibidem.

Ordinum Circulariũ poteſtas in conformanda Ordinatione monetali.

VNd ſo mit der zeit einig weiter mangel zu abbruch dieſer Ordnung fürfallen wurde / die hierinn nicht bedacht oder vorkommen were / den ſollen die Müntzgenoſſen oder dieſelben Räthe / auff den probationtagen in dieſe Ordnung zuſetzen macht haben / daß doch vnſer Keyſerlich Edict vnd Ordnung in der Subſtantz vngeendert bleibe / mit dieſem Anhang / ob die andern Kreyß darinn einigen mangel hetten / daß alsdann alle Kreyßherrn zuſammen ſchicken / vnd den mangel durch das mehrer erſtatten ſollen vnnd mögen.

Idem Aug. ibidem.

Vnd ſeynd diß die zehen Kreyß.

Decem Circuli Imperiales.

Der vier Churfürſten Kreyß.
Der Ober Sächſiſch Kreyße
Der Nider Sächſiſch Kreyß.
Der Oeſterreichiſch Kreyß.
Der Burgundiſch Kreyß.
Der Fränckiſch Kreyß.
Der Beyeriſch Kreyß.
Der Schwäbiſch Kreyß.
Der Rheiniſch Kreyß.
Der Weſtphäliſch Kreyß.

TITVLVS LXI.

DE CORRESPONDENTIA CIRCVLORVM.

Imp. Maximilianus II. Aug. in Decretis Francofurtenſibus 1571.

Conuentuum probatoriorum vtilitas.

FErners daß die beyde jedes Jahrs angeſtelte probationtage / zu handhabung gerechter Müntzen / vnd abwendung alles geſuchten betrugs hochnötig vnd fürträglich / iſt alles genugſam verſehen vnd wirckſamlich erfahren. Demnach vnd damit in dieſem allgemeinen nutzlichen werck die Kreyß / zuuor.

Digitized by Google

zumorab die benachbarte / beſſere Correſpondentz vnd Communication vnder einander (wie dann bey etlichen allbereit angefangen) brauchen mögen / wollen wir auff gutachten der Chur- vnd Fürſten Räth / auch anderer Deputierter Stände abgeſandten hiemit geſetzt vnnd geordnet haben / daß der Churfürſtlicher Rheiniſcher / auch Rheiniſcher vnd Weſtphäliſcher Kreyß (doch darneben mit dem Weſtphäliſchen Kreyß ſeine alte Correſpondentz zucontinuiren vorbehalten) vnd dann der Franckiſcher / Beyeriſcher vnnd Schwäbiſcher / ſampt dem Oſterreichiſchen Kreyß / mit einander gute nachbarliche Correſpondentz / zu handhabung durchgehender gleichheit bey vnſerer Müntzordnung zu halten ſchuldig ſein ſollen. Nemlich dergeſtalt / entweder alle Jahrs einen gemeinen probationtag ſampt lich zuhalten / oder aber doch ſonſten (wie ſie ſich derhalben jhrer beſten gelegenheit nach zu vereinbaren) mit zuſchreiben vnnd berichte / was auff eines jeden ſondern probationtag vnſerm Müntzedict vnnd Abſcheiden zu wieder in einem oder mehr weg fürgangen befunden / was dargegen bedacht / tractiert / verabſchiedet oder weiters zu thun ſein möcht. Darneben ordnen vnd wollen wir / daß ein jeder Kreyß dē andern vnuerlängert / anzeigen ſoll / wo vnd wie viel Müntzſtätt er in ſeinem Kreyß angeordnet / auff daß man ſich in zuetragenden fällen / mit erſuchung vnd anderm / der gebür zu verhalten wiſſe.

Qui circuli inuicem debeant correſpondere.

Jmp. Rudolphus II. Aug. in Decretis Auguſtanis 1582.

VNd dieweil am Rheinſtrom die meiſte difficultates an durchgehender gleicher Execution / nun eine gute zeit hero geſpürt / ſo ſollen der Rheiniſch Churfürſtlicher / auch Ober Rheiniſch vnnd Weſtphäliſcher Kreyß / als die drey benachbarte Correſpondentz wie auch andere Correſpondentz Kreiſſen / da es bey denſelben nöthig / innerhalb dreier Monaten / nach dato dieſes Abſcheids auff gebürlich erfordern / der außſchreibenden Chur vnnd Fürſten / an ſonderm beſtimbtem Ort vnnd Tag durch die erfahrne verſtändige Rähte / Müntzmeiſter vnd Guardein zuſammen erſcheinen / dauon zureden / zu tractieren / vnnd zu beſchlieſſen in welchen ſtücken vnſerm Keyſerlichen Müntzedict vnd Abſcheiden / als inſonderheit von den häuffig / darzu vngerechten gemüntzten halben Batzen / vnd Pfenningen / dergleichen von den drey Creutzern / ſo doch zu müntzen verbotten ſeind / dann auch von den vnziemlichen auffwechßlen / verbrechen / außführen / ſteigern / vnderſchleiffen / vnd was derſelben verbottner händel mehr / zuwider gehandlet / wie vnd wel-

Circulorū correſpondentium ad Rhenū communis conuentus pro remedendis rei monetariæ incommodis.

Tricrucigeri.

Digitized by Google

cher maſſen das alles mit ſchuldiger ſteiffer Execution ab zuſtellen / zubeſtraffen/vnd in alle wege dahin zuſehen/ vnd ſich ſamptlich zuuergleichen/ob mehr gemelt vnſer Keyſ. Müntzedict vnnd Abſcheiden/mit gemeiner Correſpondentz raht vnd beyſtande/in allen puncten durchauß zuhalten / zu vollnziehen / vnnd was darwider von heimiſchen oder frembden wurde angeſtelt/ oder gehandelt / mit ſteiffer ſamptlicher Execution zuwehren / zu ſtraffen/ vnd in dem keinen zu vberſehen. Vnd was alſo von gemeinen Kreyß vnnd Müntz Correſpondentz Stånden gehandelt vnd verabſchiedet / demſelben ſoll auch von allen denſelben Stånden vnnd Kreyß verwandten gehorſamlich gelebt vnd nachgeſezt werden / in aller maſſen es allhie von vns vnd gemeinen Stånden conſtituirt,vnd verabſchiedt worden were.

Idem Aug. in Decretis Wormatienſibus 1586.

DAbey auch in achtung gehabt / das vermöge vielgedachten Reichs nechſten Abſchieds darfür gehalten / demnach die meinſte mängel dieſes vnweſens am Rheinſtrom vermürckt wurden / daß die drey Rheiniſche Kreyß zuſammen beſchrieben / vnnd zu verbeſſerung dieſes Wercks gedacht ſein ſollen.

So haben ſie doch vnſern Commiſſarien zu gemuht geführt / daß nicht allein die beſchreibung ſolcher drey Kreyßen zum andern mal verſucht vnd geſchehen / aber niemals einige fruchtbarliche handlung dabey vermerckt worden/auß denen ſonderlich eingefuhrten vrſachen/daß ſich der Weſtphäliſch Niderländiſch / wie auch der Niderſächſiſch Kreyß ſo wol gegen vns ſelbſt/als den Kreyßen/rundt erklärt / wie hoch beſchwerlich es jhnen fallen thue/wo fern der Niderlandiſch Burgundiſch Kreyß ſich nicht gleichmäſſig zu dem Müntzedict bekenne / ſich jhres theils derſelben durchauß gemäß zuhalten / alſo daß man auch diß malß zu richtigmachung dieſes wercks nicht kommen mögen/als ſeind wir auß dieſen vrſachen bewegt worden ſolchen puncten zu weiterm nachdencken vnnd biß zu anderer gelegenheit auß zuſtellen.

à Burgundico circulo omne malum rei monetariæ cauſatur.

TITVLVS LXII.

DE ARGENTARIIS, NVMMVLARIIS, ET trapezytis.

L. XII. D. de edendo.

FOeminæ remotæ videntur ab officio argentarii, cum ea opera virilis ſit.

Argentariorum officium eſt virile.

Impp.

Jmpp. Theodoſius & Valentinianus Augg. Iſidoro Præfecto prætorio.

CVnctos, qui diuerſarum rerum negotiationibus deſinentur, trapezitæ ſcilicet, vel gemmarum argentiq; veſtiumq; venditores, apothecarios etiam, &c. iubemus à prouincialibus officiis remoueri, vt omnis honor atq; militia à contagione huiuſmodi ſegregetur.

L. 12. §. 3. C de cohortal. principib. cornic. &c. L. 188. C. Theod. tit. 1. lib. 11. Sed vide. *L. vn. C. negotiat. ne mil'it.*

Jmp. Iuſtinianus I. Aug. Menuæ Præfecto prætorio.

EOs, qui vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis cuidam ergaſterio præſunt, militare de cætero prohibemus, exceptis argenti diſtractoribus, qui in hac alma vrbe negotiantur. Hos enim, vtpote vtiles omnibus contractibus, armata quidem militia penitus abſtinere ſancimus; aliã vero quamcumq; ſine metu præſentis ſanctionis poſſe ſibi acquirere.

Diſtractoribus argenti exceptis.

In Joannis Euangelio cap. II. verſ. 14.

ET inuenit in templo numularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, & numilariorum effudit æs, & menſas ſubuertit.

Nummularii in tẽplo exercere prohibentur.

L. 1. §. IX. D. de officio Præfecti vrbi.

PRæterea curare debebit Præfectus vrbi, vt nummularii probe ſe agant circa omne negotium ſuum, & temperent his, quæ ſunt prohibita.

Argentarii & Nummularii ſunt ſub iuriſdictione Præfecti vrbis.

L. II. D. de officio Præfecti vrbi.

ADiri etiam ab argentariis, vel aduerſus eos, ex epiſtola Diui Hadriani, & in pecuniariis cauſis poteſt.

In Edicto 7. cap 6.

Imp. Iuſtinianus I. Aug. Præfecto vrbis.

QVoniam vero quod ſupplices addiuerſa tribunalia, protrahũtur (idcirco quod eorum qui cum ipſis contrahunt infinitus numerus ſit, & vt contingit, pauci probi ſint & grati) non ſolum ipſis damnum, verumetiam communibus rebus impedimẽtum inferri compertum eſt: etiam in hac parte priorem noſtram circa illos prouidentiam imitamur, ac iubemus vt ſpeciales illis iudices ſint, ſiue in ius vocent, ſiue vocentur, & prudentia tua, & Petrus glorioſſimus ſacrarum noſtrarũ largitio-

Ibiq habent forũ competẽs.

Digitized by Google

num comes, conſularis, & patricius, vt apud vtrumcumq; horum mouendæ inter ipſos & alios qualeſcunq; controuerſiæ, aut etiam apud iudices antehac à nobis illis datos ac deinde defunctos iam motæ, examinentur, atq; breui finem, qui noſtris legitibus conueniat, capiant: & ſupplices prætoriorum vexatione liberati, officio & rebus ſuis vacent: tantoq; candidius & libentius ſubditorum contractibus operam nauent, quanto minore improbitate & ingratitudine teneantur, aut qui improbi eſſe conantur, iniqua illis damna inferre non ſinuntur.

In Eclilo 9. cap. 8.

Idem Aug. Tribuniano Præfecto vrbis.

QVoniam deinceps quando petere ſemel cœpiſſent, hoc etiam petierunt, vt tua excellentia curam ipſorum ſuſcipiat, quibuſq; ipſi controuerſiis impetuntur, eas audiat: Et ſi quos obligatos habeant, aut alii ipſos his velut peculiaris iudex audientiam præbeat (propterea quod exacta cura quæ ad leges pertinent, tractes, ac cuiq; ſuum ius tribuas, & facile rationem inuenias quaquæ valde difficilia videntur, quæq; alii non aſſequuntur, nec intelligunt, diſſolui queant) ſancimus, vt ſecundum ea quæ à nobis conſtituta ſunt, & ipſos, ſiue actores ſiue reos, in peculiaris iudicis modum audias, & præterita ſecundum hanc legem componas, & quomodo æquum eſſe videbitur, futuris curam adhibeas: vt legitimum quoddàm ipſis ac decens à nobis accedat auxilium. Conuenit enim, vt qui pro omnibus ſe obſtringunt, aut cuiq; vtiles ſe exhibere ſtudent, exin io etiam aliquo fruantur auxilio. Et certe quæcunq; & hoc tempore & olim, aut ex noſtris legibus, aut ex ſacris pragmaticis formis conceſſa ipſis ſunt, illæſa rataq; conſeruantor: ac in ſpeciebus rerum iam geſtarum, atq; etiàm gerendarum, locum habento.

L. 26 §. 1. C. de vſur. Hermo. &c. in Prochir. legg. lib 3. tit. 7 § 26.

Idem Aug. Mennæ Præfecto prætorio.

Vſuræ beſſes argentariis permiſſæ.

ILlos vero, qui ergaſteriis præſunt, vel aliquam licitam negotiationem gerunt, vſq; ad beſſem centeſimæ, vſurarum nomine in quocumque contractu ſuam ſtipulationem moderari.

Idem Aug. in Nouell. cxxxvi. cap. iv.

Etiam vltra beſſes.

QVia vero legem tulimus, ne argentariæ menſæ præpoſiti vltra beſſes vſuras fœnerarentur, docuerunt autem nos, quod cum ſine ſcripto fœnerari ſoleant. Hi deinde illiberales ſe circa vſuras præbeant, propterea quod & mutuum ſine ſcripto contractum, neq; ſtipulatio interpoſita

ſit:

ſit:ſcilicet iuxta illud quod vulgo dicitur, non conuenire, vt vſuræ citra interpoſitam currant ſtipulationem:quanquam multi caſus ſint, in quibus vel ſine ſtipulatione & ex pacto naſcatur vſurarum obligatio non nunquam etiam hæ tametſi non ex pactis, ſuapte ſponte introducantur, tamen exigantur. Propterea ſancimus, vt vſuræ ipſis non ſolum ex ſtipulatione,ſed etiam abſq; ſcripto præbeantur, nimirum tales, quales ipſos lex ſtipulari permittit hoc eſt vſq; ad beſſem centeſimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati ſunt, hos vtique per huiuſmodi minutias iniuriam perpeti,iuſtum non fuerit.

In Edicto 9. cap. 5.

Idem Aug. Tribuniano Præfecto vrbis.

HVic ſane etiam medicinam adhiberi cupierunt vt quoniam mutuo & dando & accipiendo,pro aliis etiam ſpondendo,& deniq; vſuras pendendo vitam tolerent, ne ipſis in mutationibus noſtra opponatur conſtitutio, qua nemini vltra duplum accipere quicquam permittimus, ſi quidem quantum ſors & vſuræ faciant, perſolutum ſit. Nos igitur in poſterum eam legem omnino violari nolumus. Quod vero præceſſit, quia nondum inſidiis obnoxium ſit,huic ipſis medentes, ſancimus vt in contractibus,qui reuera argentariorum ſunt,ad hodiernum diem factis, facultas ipſis ſit,vt licet in eis debitis vſuræ ſupra duplum datæ ſint, nihilominus tamen quæ debentur cum conſtitutis vſuris exigant: ita vt neq; in vſuras,neq; in primitiuum debitum, quæ ſupra ſortẽ iam ſoluta ſunt, imputare compellantur:& ne ipſis in hac ſpecie & quidem ſola noſtra de duplo conſtitutio obſtet, quo minus ſecundum contractuum naturam hæc exigant. Verum neq; ipſi aduerſus eos qui cum ipſis iam contraxerunt,noſtra conſtitutione abuti, neq; imputare poterunt ſolutas iam vſuras aut duplo vſurarum, aut primitiuo debito.

Supra duplum.

Ibidem cap. VI.

QVandoquidem vero poſtquam argentariæ menſæ præpoſitis, excepta armata militia, cum omnib. aliis militiis in hac alma vrbe commercium inſtituere permiſimus: illiq; deinde quum mutuum dediſſent, aut etiam darent, beſſales vſuras (quantas argentariis conceſſimus) ſtipulati ſint:hi liberaliter hoc ipſis opponant,quod dicant,ipſos non quæ argentariis,ſed quæ militantibus conueniant, vſuras capere oportere: hanc eorum iniquam & improbiſſimam obiectionem vacare, nulliuſq; momenti eſſe,& quæ pacto conuenerint aut etiam cõueniant, obtinere volumus. Neq; vero id nobis placet quod de argentariorũ contractibus

Digitized by Google

nonnulli petunt, vt omnino non dentur aut ſortes aut vſuræ, vel id (quod iis etiam peius eſt) vt quæ legitimæ vſuræ dantur, ſorti imputentur. Etenim hoc quoque in contractibus, qui cum argentariis initi ſunt aut ineuntur, obtinere volumus.

Argentarii tenentur rationes reddere.

L.IV.in pr.D.de edendo.

PRætor ait: Argentariæ menſæ exercitores rationem, quæ ad ſe pertinet, edant adiecto die & conſule.

L.x.D.de edendo.

ARgentarius rationes edere iubetur, nec intereſt, cum ipſo argentario controuerſia ſit, an cum alio.

Ideo autem argentarios tantum neq; alios vllos adſimiles eis, edere rationes cogit, quia officium eorum atq; miniſterium publicam habeat cauſam: & hæc principalis eorum opera eſt, vt actus ſui rationes diligenter conficiant.

L.IX.§.II.D.de edendo.

Nummularii ſimiliter.

NVmmularios quoq; non eſſe iniquum cogi rationes edere, Pomponius ſcribit: quia & hi nummularii, ſicut argentarii, rationes conficiunt, quia & accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio ſcriptura codicibuſq; eorum maxime continetur, & frequentiſſime ad fidem eorum decurritur.

Jmp. Iuſtinianus I. Aug. in Nouell. CXXXVI. cap. VI.

Rationes tamen in inſtrumento poſitæ valere debent.

IN illo vtroq; caſu nimis quam ipſis opem ferimus, vt ſi ratiocinia proferantur, quæ expreſſe quamq; cauſam habeant adſcriptam, in quam aurum datum eſt, atq; hic ratiociniis ipſis ſubſcripſerit: & ſi ſingulas in ipſis cauſas propria manu non ſcripſerit, aut etiam confeſſionem de hoc aliquam, ſiue ſub ſpecie mutui, ſiue ex acceptilatione, ſiue etiã aliter non confecerit: nequeat amplius ab eo qui hoc fecit, ſingularum cauſarũ particulatim probationes exigere: niſi forte ex abundanti velit vel ipſi vel creditoris heredibus iuſiurandum deferre. Hoc enim ſolum ei concedimus: intra tamen ea tempora, quæ exceptioni non ſolutæ pecuniæ attributa ſunt. Nam ſi id quoq; tempus præterire contigerit, neq; iureiurando ipſos grauamus: id quod etiam in generalibus legibus deſcripſimus. quanquam ne hoc quidem ex vſu erat: nam eum qui propria manu vel ſcripſit,

ſcripſit, vel tradidit ratiocinia, quomodo iuſſum fuerit putare ita diſſolutum extitiſſe, vt quæ data non eſſent, pro datis ſcriberet?

Imp. Alexander Aug. Martiæ.

L. 3. C. de inſtitut. & exercit.

INſtitoriæ tibi aduerſus eum actio competit, à quo ſeruum menſæ præpoſitum dicis, ſi eius negotii cauſa, quod per eum exercebatur, depoſitam pecuniam, nec redditam, poteſt probari.

Præpoſitus menſæ ſi ſeruus ſit.

L v. §. III. D. de inſtitoria actione.

SEd & ſi in menſa habuit quis ſeruum præpoſitum, nomine eius tenebitur.

L. XIX. §. I. D. de inſtitoria actione.

SI Dominus, qui ſeruum inſtitorem apud menſam pecuniis accipiendis habuit, poſt libertatem quoq; datam idem per libertum negocium exercuit, varietate ſtatus non mutabitur periculi cauſa.

L. XX. D. de inſtitoria actione.

LVcius Titius menſæ numulariæ, quam exercebat, habuit libertum præpoſitum. Is Gaio Seio cauit, in hæc verba: Octauius Terminalis, rem agens Octauii Felicis, Domitio Felici ſalutem. Habes penes menſam patroni mei denarios mille, quos denarios vobis numerare debeo pridie Kalendas Maias. Quæſitum eſt Lucio Titio defuncto ſine herede, bonis eius venditis, an ex epiſtola iure conueniri Terminalis poſſit? Reſpondi, nec iure his verbis obligatum, nec æquitatem conueniendi eum ſupereſſe, cum id, inſtitoris officio, ad fidem menſæ proteſtandam, ſcripſiſſet.

Seu libertus.

L. LXXVII. §. XVI. D. de Legatis & fidei commiſſ. lib. 2.

MEnſæ negotium ex cauſa fideicōmiſſi cum indemnitate heredum per cautionem ſuſceptum, emptioni ſimile videtur: & ideo nō erit quærendum, an plus in ære alieno ſit, quam in quæſtu.

Cautiones nummulariorum.

L. XLVII. §. I. D. de pactis.

LVcius Titius Gaium Seium menſularium, cum quo rationem implicitam habebat propter accepta & data debitorem ſibi conſtituit, & ab eo epiſtolam accepit in hæc verba: Ex ratione menſæ, quam mecum habuiſti

Digitized by Google

habuiſti in hunc diem, ex contractibus plurimis remanſerunt apud me ad menſam meam trecenta octoginta ſex, & vſuræ, qua competierint. Summam aureorum, quam apud me tacitum habes, refundam tibi. Si quod inſtrumentum à te emiſſum, id eſt ſcriptum, cuiuſcumq; ſummæ ex quacumq; cauſa apud me remanſit, vanum & pro cancellato habebitur. Quæſitum eſt, cum Lucius Titius ante hoc chirographum Seio nummulario mandauerat, vti patrono eius trecenta redderet, an propter illa verba epiſtolæ, quibus omnes cautiones ex quocumq; contractu vanæ, & pro cancellato vt haberentur cautum eſt, neq; ipſe, neq; filii eius eo nomine conueniri poſſunt? Reſpondi, ſi tantum ratio accepti atq; expenſi eſſet computata, ceteras obligationes manere in ſua cauſa.

L. xxxix. D. de ſolutionibus & liberationib.

Nummularii pecuniam probabant.

SI ſoluturus pecuniam tibi, iuſſu tuo ſignatam, eam apud nummularium, quoad probaretur, depoſuerim, tui periculi eam fore Mela libro decimo ſcribit.

L. xxiv. §. ii. D. de rebus auctoritate iudicis poſsidendis.

In Haload. & vulgata editione eſt L. 9. D. de priuileg. creditor.

Priuilegia creditorũ in bonis menſulariorum diſtrahendis.

IN bonis menſularii vendundis, poſt priuilegia potiorem eorum cauſam eſſe placuit, qui pecunias apud menſam fidem publicam ſecuti, depoſuerunt. Sed enim qui depoſitis nummis vſuras à menſulariis acceperunt, à cæteris creditoribus non ſeparantur, & merito: aliud enim eſt credere, aliud deponere. Si tamen nummi exſtent, vindicari eos poſſe puto à depoſitariis, & futurum eum, qui vindicat, ante priuilegia.

L. vii. §. ii. D. Depoſiti.

QVoties vero cedunt numularii ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum, hoc eſt, eorum, qui depoſitas pecunias habuerunt, non quas fœnere apud numularios, vel cum numulariis, vel per ipſos exercebant. Et ante priuilegia igitur, ſi bona venierint, depoſitariorum ratio habetur, dummodo eorum, qui vel poſtea vſuras acceperunt, ratio non habeatur, quaſi renunciauerint depoſito.

Priuilegiũ argentariorum de conueniẽdis fideiuſſoribus, non excuſſo principali.

Jmp. Iuſtinianus I. Aug. in Nouell. cxxxvi. in princ.

QVi in corpore ac collegio conſiſtunt argentariorum huius almæ vrbis; ſi ſupplice apud potentiam noſtrã facti, de multis nos capitulis petierunt,

petierunt, potiri cupientes auxilio, vt qui multis ſe vtiles præbeant, vnde ſponſiones & mutui obligationes periculo plenæ accedunt. Nam cum ſacra noſtra exiſtat conſtitutio, quæ vult, vt exactiones ordine fiant, ac primum quidem principalis rei, & res eorum excutiantur, deinde vero & fideiuſſores, & mandatores, neq; non conſtitutæ pecunia rei; ab hac legislatione ipſorum eximi conſortium, & pati omnium grauiſſima, ſi ipſi quidem conſtitutionis auxilio vti nequeant, ſed protinus exigantur, cum vero conſtitutæ pecuniæ obligationes ab illis percipiant, non item ipſis ſatisfaciant, qui pecuniam conſtituerint, mandatoreſue in eam rem, aut fideiuſſores extiterint, & conuenire, vt ipſi communium legum participes ſint, aut ſibi conſtitutio noſtra non aduerſetur.

Sancimus igitur, vt cum aliqui ex his qui argentariæ menſæ præpoſiti ſunt, mutuam alicui pecuniam dederint, & vel conſtitutæ pecuniæ reos, vel fideiuſſores, vel mandatores in eam rem acceperint, opponaturque ipſis conſtitutio, & ordo per eam introductus: nihilominus & in ipſis conſtitutio obtineat, niſi ſpeciale pactum fecerint, vt creditori licentia ſit, tam principalem debitorem quam mandatorem atq; fideiuſſorem, & conſtitutæ pecuniæ reum conueniendi, non expectato conſtitutionis gradu. Propter ingens enim illud ſtudium, quod argentarii circa publicos contractus adhibent, huiuſmodi pacta conuenta admittimus: cum non videantur contra legem eſſe, propterea quod vnicuiq; integrum eſt his, quæ ipſi à lege data & conceſſa ſunt, renuntiare. Proinde ſicubi tale pactum fiat: licitum ipſis eſto, tam principalem debitorem, quàm mandatorem & fideiuſſorem, atq; alias porro perſonas conuenire, vt quidem ſi nullum pactum adſcriptum ſit, penitus & in ipſis valeat conſtitutio. Si pacta vero adſcripta ſint; ſimul formam ac regulam addant contractui, ſimul exinde inferatur exactio.

1 Idem Aug. Præfecto vrbis.

1 Illud ſane etiam in illorum ſubſidium adiicimus. Quoniam enim *In Edict.7. cap.4.* quæ ab ipſis ineuntur contractib. Vehementer nouella noſtra, lex repugnat, quæ iubet ne creditores aduerſus eos qui aliquid à debitoribus emerint, prius iudicio agant quàm principales debitores per ceſſionem bonorum non ſoluendo eſſe conſtet; (id quod admodum illis graue & moleſtum fuit, propterea quod qui emunt, velut ex conſuetudine quadam & ob euictionem fideiuſſores quærant, & aliam ſibi omnem ſecuritatem parent: ipſis vero id neq; conſuetudo, neq; in conficiendis contractibus celeritas permittat) per præſentem ſacram pragmaticam for-

mam, eam ſpeciali munificentia ipſis elargimur, quæq; alteri perſonæ, collegio, corpori, aut officio nullo modo competat, ſtatuimus, vt & ipſi & qui cum ipſis cõtrahunt, quando aduerſus ipſos actiones inſtituunt, in inquirendis perſequendiſq; rebus in quibus ipſis tempus prærogatiuam præberi, tali priuilegio vtantur, quale ante legis noſtræ lationem habuerũnt: vt probatione debitores bonis ceſſiſſe non grauati, ſiquidem ſatisfactionem à principalibus conſequi nequeant, aduerſus res ab illis abalienatas, & ex ſpeciali generaliue hypotheca ipſis obnoxias, in quibus (vt dictum eſt) antiquius quam alii creditores ius habent, actionem mouere poſſint. Exiſtimamus enim, quæ prædicto Argentariorum corpori, & qui cum ipſis contrahunt, conceduntur, in communem ſe beneficentiam extendere: Ideo quod illi non paucis quibuſpiam, ſed omnib. fermè quæ in vniuerſa republica fiunt contractibus miniſterium præſtant.

In Edicto 9. in princip.

De ſponſionibus argentariorum.

Idem Aug. Tribuniano Præfecto vrbis.

COmmune collegii argentariorum, qui in hac magna vrbe ſunt, libello ſupplici à potentia noſtra petiit, vt ſupra alia omnia quæ ipſis munificè largiti ſumus, alio nunc etiã modo ſibi opitulari velimus. Expoſuerunt autem quomodo nonnulli, quum debuerint, aut etiam debeant, quando pecuniæ aut res ab ipſis repetuntur, quòd ſoluendo non ſint, à ſe petant vt puras ſponſiones pro ipſis ſubeant: & alias quidem hoc ipſum in obligationis ſchedulis conſcribant, alias verò, propter contrahentis fidem, & ſine ſcripto hoc facere ſibi mandent, ipſi autem illorum petitionibus cedentes, iis qui in illis moleſti ſunt, certum tempus conſtituant, intra quod ſponſor omnino debitum transfundat. Se itaq; ad hunc modum illis ſpondere, ac deinde ad diem liberaliter iis qui ſponſiones ſuſceperunt ſatisfacere: debitores autem interea, quaſi per ſponſiones ſatis cauerint, aut mutui fortè ſyngraphas, obligationiſque ſuæ ſchedulas recipere, aut opachas capere: quomodo itẽ multi quum parare ſibi rem aliquam voluerunt aut velint, ſibi mandent vt pro ipſis pecuniam, aut rem aliquam ſedaturos ſpondeant: & illis quidem quod affectarint obtingat: ipſi verò promptè pecunias aut res transfundant. Deniq; quomodo quum ita ſimpliciter mandantibus illis ſponſiones fiant, pecunias tamen aut res non aliter ſoluere velint quàm qui ſponſionem accepit, pecunias aut res oſtendat, aut eas ſe accepiſſe probet. Vnde, quum ipſi pecunias aut res dederint, quòd illi probationes, pecunias aut res datas eſſe depoſcant, poſtmodum contentionibus ac controuerſiis irretiantur. Quæ res ſimul in præteritis, ſimul in futuris ſanè quam perplexa illis eſt

& for-

& formidabilis,imo & impoſſibilis. Quis nam eorum enim, pro quibus aut pecuniæ aut res ſponſæ fuerint, vel ſpondentur,quando is cui ſponſæ fuerint, quæ data ſunt oſtendere, aut ea ſe accepiſſe apud acta probare debeat: ad eam tergiuerſationem deuenire non velit? Ac idcirco perſæpe ſe fatigatos aliis cedere actiones,neq; hæc ſibi actionem intendentibus opponi ſolum, verum etiam quibus actiones ceſſæ ſunt aut ceduntur. Ac vero petierunt,vt ab hac difficultate liberentur: Vt etiam ſi quidem nulla omnino appoſita conditione pure mandatum factum ſit, aut fiat, vt pecunias aut res intra certum tempus transfundant, ſimulatque præfinitum tempus elapſum ſit, mandator ſibi, & quibus à ſe actiones ceſſæ ſunt,aut etiam ceduntur, ad debiti perſolutionem teneatur: idque non ſolum ſi hoc interueniente ſcriptura mandauerit, verum etiam ſi ſine ſcripto totum negocium confectum ſit.

Ibidem Cap. I.

NOs ergo ſuccurrere iſti rei volentes (cum omni æquitate tamen & iuſtitia, atque vt in poſterum omnibus citra periculum hæc procedant) ſtatuimus, ne aliter ipſi ſponſiones ſubire velint quam ſcripto comprehenſum de his mandatum ipſis detur. quod quomodo quanque rem fieri oporteat. Luculenter explicet: ne ex bona ſcilicet fide in euidens exitium manifeſte incidant. Verum ſi quomodo ſcriptura non interueniente mandatum factum ſit, tempus autem determinatum ſit, & tacuerit per omne tempus ille pro quo ſponſio facta eſt, neq; querelam mouerit: decurrat vero etiam conſtitutum tempus.neq; tum demum intra alios duos menſes hoc ipſum in querelam deduxerit: omnibus modis mandator ſoluat ſponſori debitum, quod ex ipſius voluntate ab aliquo eorum qui argentariæ menſæ propoſiti ſunt, ſponſum eſſe conſtiterit: & neque ipſis, neque ipſorum heredibus, aut quibus ceſſæ ab ipſis ſunt vel ceduntur actiones iſtiuſmodi quiddam opponi queat: ſed illud obtineat quod mandati oſtenderit tenor: qui quidem ſi literis comprehenſus ſit, literas iudex ſequetur: ſin in literas contractus relatus non ſit, probationibus ea de re ſecundum legis prolatis inſiſtet. Atque hæc quidem teneant, & in iam factis ad hunc modum,& in faciendis etiamnum ſponſionibus.

Ibidem cap. II.

SI quis vero ipſis interueniente ſcriptura, aut ſine ea, famulatus promiſſus fuerit,aut promittatur, probatio vero aut ex ſcripto, aut te-

ſtium fide ſufficiens & legitima producatur, hunc ſuam vim obtinere volumus, & vt quod pacto conuenerit, exigi poſſit, ita vt nulla prorſus lex obſiſtere queat, qua id gratis & nō pro mercede fieri oporteat: propterea quod omnis illis ex eo viuendi facultas pendeat, quod vſuras pendeant, quod mercedem pro habitatione dent, & velut propugnaculum communis vtilitatis ſint: vt ne damnum ſentiant, neq; alimonia deſtituantur, ſed hanc habeant ſuorum laborum conſolationem. Sane ſi vel rationes, vel mutuas ſyngraphas, vel propriæ manus ſcripta quæpiam ediderint, edantur, aut ipſi illis qui cum ipſis contrahunt, aut illi ipſis, in quibus pecuniarum illatio & ſolutio deſcripta ſunt, quæq; ipſius menſæ præpoſiti, ipſius etiam amanuenſis (quos Samaritanos vocant) & eorum rurſum qui cum ipſis contraxerunt, literas præferunt, aut per omnia illius qui cum ipſis contraxit, manu ſcripta ſunt, ſubſcriptionemue habent: non poterunt, qui cum ipſis contraxerunt, pecuniarum quidem illationem, quam argentarii in commētariis aut à ſe ſcriptis breuibus deſcripſerunt, agnoſcere, atq; inde in ipſos exactionem conſtituere: expeditionis vero ſolutioniſq;, tanquam facta non ſit, deſcriptionem refellere. neq; rurſum poterunt argentariæ menſæ præpoſiti ſolutionem quidem exigere, illationem vero non agnoſcere. Verum ſi aut ex antiſyngraphis, aut ex ratiociniis, aut ex propriæ manus ſcriptis probetur & de illatione & de ſolutione literarum veritas, vtrumq; omnino firmum & ratum erit: neq; vnum quidem aduerſus ipſos obtinebit, alterum vero pro ipſis irritum fuerit. exigetur autem quantum ratiocinia perhibebunt: niſi altera aut vtraq; pars in calculo ſe erraſſe, aut in vſuris diſpendium ſuſtinuiſſe demonſtret. Si enim tale quiddam euidenter commonſtretur, id, quo quiſque iuſtitia & æquitate fruatur, correctione dignandum eſſe ſtatuimus.

In Edict. 7. in princ.

Hæredes debitorū tenentur argentariis ad ſolutionem debiti à defuncto contracti.

Idem Aug. Præfecto vrbis.

QVi in corpore ac collegio argentariorum recenſentur, nos acceſſerunt, dicentes hæredes nonnullos ac ſucceſſores quorundam, qui ſcriptura non interueniente ab argentariis aurum, aut argentum etiam, aut alias ſpecies accepiſſent, ad perfidiam improbitatemq; ſpectare: quod videlicet neq; qui ceperunt, ſupereſſent: neq; ipſi hæredes ſiue ſucceſſores, cum contractus conſcripti non ſint, conuinci poſſint.

Ibidem cap. I.

HVic igitur rei mederi conantes, ſtatuimus, vt qui ad hunc modum iudicium ſubeunt, oculis in conſcientiam defixis, expreſſe ac plene

quæ

Digitized by Google

quæ illis in quorum bona & ius ſucceſſerunt, ab argentariis data ſint, confiteantur: vt etiam qui adhuc ſuperſtites ſunt, eius collegii quod ipſis actionem intendit, argentariis idipſum faciunt. Idem etiam à ſeruis, qui ab iiſdem iudicibus examinantur, fieri iubemus. Sciat vero vtraq; pars, ſi miniſtrorum teſtimonio, aut quę cum iureiurando fiat, denariorum productione, aut alia etiam aliqua ſufficienti probatione res conuincetur, quod qui improbe egerint, quæ fraudulenter & per improbitatem negauerint, in duplum dependent, ſiue rei veritatem occultauerint, ſiue illam cognoſcere neglexerint.

Idem Aug. Tribuniano Præfecto vrbis.

In Edicto 7. cap. 3.

HOc vero etiam nos docuerunt, quomodo quidam illorum poſtquam à pluribus aut vice mutua inter ſe fide iubentibus; aut aliis pro aliis mandantibus, obligationis confeſſiones obtuliſſent; deinde debiti longe maximam partem percepiſſent, vt reliqua perquam iam exigua eſſent, reliquorum nomine extrinſecus ab vno aut duobus illorum obligatione capta, quod intra certum tempus iſthæc perſoluer, apochas forte aut liberationis cõfeſſiones omnibus ediderint: & quum aut vnum aut plures eorum qui reliquorum obligationem ſubiiſſent, mori cõtigiſſet; hæredes quæ ab illo aut ab illis pecuniæ pacto promiſſæ eſſent, eas exoluere noluerint. Statuimus igitur, vt ſi hæc ita ſeſe habeant, quæ pecuniæ in obligationibus comprehenſæ ſunt; & quas defunctus aut defuncti ſcripto pacti fuerint, hæ ab hæredibus cũ pactis vſuris exigantur.

Idem Aug. in Nouell. cxxxvi. cap. ii.

Militia empta pecunia argentariorum monet illis obligata.

SEcundum vero ipſis capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridem fecimus, cum quis argentariæ menſæ præpoſitus militet, aut filios ſuos militare faciat; vt nequeant eo militantes ipſorum filii vti, quaſi non ex paternis, aut aliunde quæſitis pecuniis militent; ſed creditorum: & petierunt, vt aut neque in ipſis huiuſmodi locum haberet præſumptio, aut ipſis quoq; eadem ſuppeterent, vt ſi quis mutuo ab ipſis ſumpto militet, aut etiam eius filii, neq; debitum poſſit aliunde diſſolui, vel ex iſtiuſmodi militiæ eius, aut filiorum venditione ſatis ipſi fiat. Nos igitur cum neq; ſimpliciter legem propoſuerimus, ſed cum conuenienti obſeruatione neq; facile ſubuerti ipſam ſuſtineamus: ſancimus, vt ſacra conſtitutione valente, neq; hac præſumptione, quæ ſecundum ſacram conſtitutionem contra ipſos protenditur, ſublata: quandoquidem multi; cum contrahunt, non ſuis omnia pecuniis facere videantur: habeant & ipſi hoc priuilegii, vt ſi quis militet, aut eius filii, ipſius quidem militia omni-

omnibus modis obnoxia teneatur. ſi de numero earum ſit, quæ vendi ſolent. Conſimiliter autem & filiorum, niſi manifeſtiſſime ab ipſis comprobetur, quod vel ex maternis filiorum bonis, vel ex principali largitate militiæ ipſis acceſſerit. Nam ſi debitum aliunde, diſſoluere nequeant: tunc argentariæ menſæ præpoſitis etiam ex filiorum militia ſatisfiat: ſi quidem ipſorum gratia hanc legem proponimus, opponentes eam præſumptioni, quæ ex conſtitutione nata eſt. Et quemadmodum illa prædictam contra ipſos præſumptionem effecit: ita & nos contrarium ipſi remedium addentes, his ſolummodo, qui de prædicto conſortio ſunt, liberalitatem noſtram explicamus propter communem ipſorum vtilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis ſe periculis immiſceant, vt ingruentibus aliorum neceſſitatibus medeantur.

Ibidem cap. III.

Quæ alia argentariorum pecuniis comparata ſunt manent illis obligata.

Porro neq; illud abs re dicere viſi ſunt, ſi cuipiam mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati ſint ad nonnullarum mobilium, aut immobilium rerum emptionem, & certam auri ſummam dederint, & mutua pecunia res empta ſit: vt prorſus ipſi ea in re potiora iura habeant, neq; diſtortione aliqua tententur: ſed ſimul ac oſtenderint ſuis pecuniis eam rem comparatam eſſe, neque poſſint debitores pecunia ipſis numerata ſatisfacere, res iſtiuſmodi pecuniis empta perinde ipſis addicatur, quaſi reuera ab ipſis emptio celebrata foret, & nuda emptoris appellatio fuiſſet appoſita. Neque enim iuſtum eſt, vt qui tam largiter pecunias ſuas profundunt, non item primum & extra omnem controuerſiam poſitum ordinem in rebus ſua pecunia comparatis teneant: duntaxat ſi in contractibus ſcriptura interueniente celebratis hypothecæ aliqua facta ſit mentio. hoc namq; ſi obſeruauerint: totum habituri ſunt, quod à nobis petierunt. imo vero etiam amplius quam petierunt: ſi quidem omnibus præſtantiora ipſis iura in iis rebus concedimus, quæ ipſorum pecuniis emptæ probantur. Si tamen contractus factus ſit, aut fiat, nulla ſcriptura interueniente, ipſiq; vel pecuniam numeratam dederint, vel (quod maxime apud argentariæ menſæ præpoſitos fieri conſueuit) ſpecies aliquot mundi forte muliebris, aut argenti, quod ob eiuſmodi datur vendituue, pro quo tamen pretium nondum perceperint: tunc liceat ipſis hâc tanquam ſua vindicare, etſi hypothecarum ius in iis non habeant. Neq; enim illi poſſidebunt aliena: & cum aurum pro pretio nō ſoluerint, fruſtra detinebunt ea, quæ ipſis ab aliis tradita ſunt: ſed ſiue ad hæredes tranſmiſerint, hæredes eorum pro ipſis, vel ipſa data reddent: ſiue

ſiue ad hæredes non peruenerint, licebit hæc ipſis vindicare, nulla contra ipſos hypotheca in eorum rebus, quæ per alios forte quæſita ſunt, va-titura.

Idem Aug. Præfecti vrbis.

PORro poſtquam & aliam nobis doloſorum hominum fraudem expoſuerunt, denunciantes quomodo quidam à dicti collegii argentariis pecunias mutuati aut mutuantes, emerint aut emant poſſeſſiones immobiles, ſuarum vxorum aliorumue quorumpiam familiarium nomine, quo videlicet generalem illam acquiſitorum acquirendorumq; bonorum oppignerationem circumſcribant nonnulli etiam quæ ſibi debentur, à debitoribus aut in pecuniis, aut omnino in immobilibus rebus recepturi, non in ſuam perſonam, ſed (quemadmodum dictum eſt) aut vxorum, aut cognatorum, iſtiuſmodi ſolutionem, ceſſionem, aut venditionem faciendam curent, quo per iſtiuſmodi rationem inopiam prætendere poſſint: ipſi vero qui ex dicto argentariorum corpore de illis benemeriti eſſent, hos quibuscum contractum iniiſſe non videantur in ius vocare nequeant: in hoc quoq; capite parem munificentiam argentariis, & qui aduerſus ipſos ſimiles controuerſias mouent exhibentes, iubemus, vt ſi debitorum quempiam dolo feciſſe quo minus res ſuas poſſideat, aut ius ſuum clam in alium tranſtuliſſe demonſtretur, liceat actoribus in rem, aliaue legitima actione id factum eſſe oſtendere, aduerſusq; dictas res, quaſi debitoris ſint procedere, & vndiq; techni pulſis, indemnitati ſuæ & in debito & in hoc facto expenſis conſulere. Eam autem prudentiæ tuæ memoratique glorioſiſſ. viri diligentiam eſſe ſcimus, vt iam motas, nondum autem finitas, aut in poſterum etiam monendas controuerſias ita diiudicaturi ſitis, vt neq; ſupplices ex debitorum improbitate aut fallacia iniuſtum diſpendium ſubeant: neq; innoxii ex iniquis obliquisq; commentis importunas euerſiones ſuſtineant. Ita vero etiam, vt quæ nuper ipſis petentibus præbita ſunt, rata & inconcuſſa maneant, & quæ per præſentem ſacram noſtram pragmaticam formam liberaliter conceduntur, ad mentis voluntatisque noſtræ ſcopum perficiantur: qui hoc agimus, vt omnes ſubditi recte & non captioſe in negotiis verſentur, & quibus debetur, quod miniſterium reipubl. negotiis præbeant, quieta vita fruantur, ac neutiquam per improborum machinationes indiciis, quæq; inde maneant difficultatibus & diſpendiis implicentur.

In Edicto 7. cap. 7.

Idem

In Edicto 9. cap. 7.

Idem Aug. Tribuniano Præfecto vrbis.

VNum certe & hoc eorum eſt, quæ illi inter ſupplicandum propoſuerunt, quod perſæpe nonnulli qui ipſis obnoxii ſunt, quum illi alios obnoxios habeant, ab iſtis ſibi non ſatisfaciant: ſed id ſuis vxoribus ſoluendum, prætextu dotis, eorumue quæ præter dotem data eſſent, aut aliorum etiam debitorum, ab iiſq; apochas ſiue ſolutionis probationes ferendas curent: & quod quum illi ad inopiam deuenerint aut deueniant, vel mortui ſint etiam, aut poſt modum moriantur: ipſi vero tum debitum accipere velint, vxores, licet latenter illa acceperint, aut poſtea acceptura ſunt, integra tamen ipſis debita opponant, vt ipſorum prorſus omnis ſpes concidat. petierunt autem, vt ſi quid iſtiuſmodi factum ſit, aut poſthac (vt conſentaneum eſt) fiat, neceſſe habeant qui apochas liberationemue à mulieribus acceperint, aut etiam ſi quis contractus factus ſit, aut omnino faciendus eſt, hæredibus ad probationem eorum quæ geſta ſunt deuocatis, eas eumue proferant, ne vxores, quibus nihil debetur, emolumentum ſentiant: ipſi vero quibus debetur, defraudentur. Statuimus nos vero, vt ſi tale quippiam factum ſit, aut fiet, neceſſario illi inſtrumenta proferant: attamen abſq; omni ſuo incommodo, & vt nullum damnum ex prolatione ſuſtineant (memores enim ſumus noſtræ conſtitutionis, quæ adactas literarum ex quibus quis ius quodpiam ſuum tueatur, prolationes innoxias iis qui proferunt, eſſe vult) ſed proferant illi quidem inſtrumenta, & recipiant. Et ſi quidem inde aliquam vtilitatem qui aduerſus mulieres prolationem fieri coegerint, habere poſſint, hanc ſecundum legem ex ipſis ſentiant: nulloq; prorſus damno, qui protulerint, ob prolationem afficiantur. Quod ſi mutuis ſyngraphis cum aliquo pacta, liberationes, aut etiam qualeſcunq; conuentiones inſtituerint, aut poſthac etiam inſtituant, & quæ apud ipſos manſerint modo aliquo (quod facile eſt) perierint: volumus, vt qui aduerſarias ſyngraphas habent, eas proferre, aut ſe nihil iſtiuſmodi habere vel proferre poſſe, iuſiurandum dare cogantur. Quod iuſiurandum vbi apud acta monumentorum præſtitum fuerit, non vlterius illos moleſtia affici oportet. Nemo vero in exigendis ſportulis, iudicialibuſq; expenſis, pœnam quæ talia committentibus imminet, reueritus, conſtitutionis noſtræ modum tranſcendat.

Hypothecariæ actiones. *In Edicto 7. cap. 3.*

Idem Aug. Præfecto vrbis.

EIuſdem porro corporis argentarii, ſimiliter etiam qui cum illis contrahunt, dummodo ſimiles aduerſus illos actiones moueant, facultatem

Digitized by Google

tem habebunt, vt ſi qui defuncti propter inopiam hæredes non habuerint, debitores vero reliquerint, aut res aliquæ quæ ad ipſos pertineant, apud aliquos depoſitæ oppigneratæue inueniantur: aduerſus illos competentes actiones moueant, & ex illis ſatisfactionem ſibi parent. Idem etiam ipſis in bonis illorum qui cum ipſis contraxerunt, & debent, dum illi adhuc viuunt, ſeruabitur, vt ipſis, ſiue actores ſiue rei ſunt, ſi velint, tametſi in inſtrumentis hypothecæ nulla mentio inſit, hypothecarias tamen actiones mouere liceat: quaſi eæ naturaliter argentariorum, eorumq; qui cum ipſis contrahunt, contractus comitentur. Habebunt vero id etiam, vt tempore poſterioribus creditoribus præferantur. Non æquum enim eſt, à noſtrorumq; temporum iuſtitia alienum, eos qui bene de aliis merentur, rebus ſuis priuari: qui vero debent, ſuperbire de alieno.

Idem Aug. in Nouell. cxxxvi. cap. v.

INſuper de hoc quoq; nos inſtruxerunt, quod hi qui cum ipſis contrahunt, cum inſtrumenta contractus & ratiocinia conficiunt, partim publice ea in foro componunt, partim ipſi propria manu conſcribunt, partim ab aliis conſcriptis ſubſcribunt: petieruntq;, vt ſi quid eius generis conſcribant ii qui cum ipſis contrahunt, teneantur obnoxii, & ipſis ſatisfaciant, neque poſſint hoc in vſum aſſumere, & dicere, quod tametſi inſtrumenta, ſiue confeſſiones, ſiue ratiocinia omnia manu ſua conſcripſerint, aut aliis ſcribentibus his ſubſignarint, aurum tamen, quod in iis comprehenditur datum non ſit: & vt exinde de hypothecas habeant, & beſſes vſuras, quamuis ſcriptæ non ſunt, tamen percipiant. Nos itaque quoniam eiuſmodi communia, ac publica ſunt, & maiore conſideratione indigent: reſpondemus adhæc, vti conueniens eſt, & quidem ſi quis publicum inſtrumentum confecerit, aut totum propria manu conſcripſerit, aut etiam inſtrumentis, vel ratiociniis ab aliis conſcriptis, ſubſcripſerit: vt omnibus modis tam ipſe, quam hæredes eius perſonalibus ſcilicet actionibus teneantur obnoxii, ſancimus. Neq; enim temere hypothecam dederimus his qui de ea pactum non fecerint, niſi omnino in ſcriptura eorum quæ in bonis ſint, comprobetur facta eſſe mentio, aut ipſi bona ſua pignori oppoſuerint, aut ſaltem hoc ſimpliciter adiecerint, periculo eorum qui in bonis habeant, aut deniq; aliquid prolocuti fuerint, aut conſcripſerint eiuſmodi, quod intellectum quendam hypothecæ adferat. Tunc enim ipſis etiam hypotheca præbemus vt neq; legum

Hypotheca debet in inſtrumétis eſſe expreſſa.

Digitized by Google

noſtratum in vniuerſum naturam perturbemus, neq; ipſos tolerabili defraudemus auxilio.

Vſuræ ſane, quidem certas pepigerint, pacta præſtentur. Si vero duntaxat ſcriptum fuit, quod fœneratitium creditum extiterit: nequeant contrahentes dicere quod ex quo vſuræ finitæ non ſunt propterea & debitum ſterile haberi debeat: ſed ex præſumptione ita celebretur exactio, quaſi beſſes vſuræ expreſſis verbis nominatæ ſint, atque hoc quidem de cætero obſeruetur. In ratiociniis vero, quæ iam confecta ſunt, & ſi nulla vſurarum habita ſit mentio: tamen quia manifeſtatum eſt, quod apud argentariæ menſæ præpoſitum ſolummodo contractus ſub vſuris ineatur, cum non poſſit, qui ipſe vſuras dependit, ſine vſuris dare impendia: liceat ipſis beſſes vſuras expetere, vt tamen de cætero obſeruent ea quæ præſens ipſis ſacra lex largitur.

Idem Aug. Præfecto vrbis.

Inſtrumẽta ipſa vt valeant. In Edicto 7. cap. 2.

Alteram ad nos ab eiuſdem corporis argentariis relatum caput eſt, vt ne teneantur quæ ab illis cum quibus contraxerunt, confeſſiones, tabulæ, aut ratiocinia ipſorum manu conſcripta, ſibi exhibita ſunt, poſteaque in dubium deuocantur, iſta ipſi per publicorum inſtrumentorum collationem probare: propterea quod ipſorum collegium multis, & præcipue nobilibus credat, qui contractus ſuos publicari, aut ſtatum rerum ſuarum manifeſtum fieri non ſuſtinent, malúntque (vt conſentaneum eſt) diuites quam obærati aliis videri, ſed vt propria manu (vt dictum eſt) in ſe conceptæ literæ eandem cum publicis inſtrumentis vim obtineant. Et in hoc mediam quandam nos viam ingreſſi, qua & argentarios aduerſus eos qui de talibus capitulis litem mouebunt, & rurſus hoc aduerſus illos vti volumus, ſtatuimus, vt ſi iſtiuſmodi illorum qui contraxerunt propria manu ſcriptas literas argentarii proferant, quas aut ipſe cuius eſſe dicuntur, aut ipſius hæredes ſucceſſoresue non poſſunt cum iureiurando abnegare, tanquam proculdubio ab illo cuius præ ſe nomen ferunt, ſcriptæ ſint, numeratam pecuniam non eſſe opponi nequeat. Inſuper vero ſi argentarius ex publico inſtrumento propriæ manus ſcripturam confirmare poſſit, aut ipſe quidem id negligat, aduerſarius vero ex alterius publici ſcripti comparatione ſcripturam illam vt falſam redarguere nequeat: tunc ex inſtrumentis, quæ illorum manu de quibus agitur, conſcripta eſſe certo conſtat, & teſtium ſubſcriptione ſtabilita ſunt, ad ea eorundem ſcripta, quæ ab argentariis, aut aduerſus eos ab iis qui contraxerunt, proferunt, comparatio fiat, firmaque

ſint,

Digitized by Google

ſint, nec minorem quam publica inſtrumenta vim & authoritatem habeant, non ex firmitate & vigore qui illis inſit, ſed ex ſola forma. Nihil etiam præiudicii in hoc ſupplicibus ſit, quod in ſcripto ab iis qui contraxerunt ipſis dato, hypothecæ, aut hæredum ſucceſſorumue nomina non inſint.

Idem Aug. Tribuniano Præfecto vrbis.

In Edicto 9 cap. 4. Pignora argentariis quatenus liceat diſtrahere.

QVod ſi qui datis pignoribus ab illis mutuati fuerint, aut mutuentur, deinde etiam in mutuis ſyngraphis permiſerint aut permittant vt pignoribus pro ipſorum bona fide diuenditis, eorum precii in debiti ſolutionem imputaretur: ipſi vero hoc fecerint: ne moleſtiis illi implicentur, neq; propter hoc negotia ſuſtineant: ſed iuratis quanti pignora vendiderint, credatur, idque ipſis ad omnis improbitatis abolitionem ſuppeditet. At ſi quis non interueniente ſcriptura mutuatus, pignora obſignata aut non obſignata det, neceſſe habebit qui mutuatus eſt, vt aut pignora recipiat, agnoſcens ſigilla: vel ipſa etiam pignora non obſignata, & ad impleat ſortem pactaſque vſuras: aut ſi pecunias non habet, ad iuſtam æſtimationem illa relinquat, & reliqua expleat, neque dicere poterit, pignoribus, quanquam minus valeant, creditorem contentum eſſe oportere: ſed omne debitum quod cum pactis vſuris in rationem deductum fuerit, omnibus modis adimplebit. Si vero datis pignoribus, ſiue obſignatis ſiue nō obſignatis, mutuationi tempus præfinitum ſit, ac intra id non ſatisfiat, tantumque elabatur alterum: liceat ipſis, quæ præſentibus tabulariis, ſacriſque eloquiis in medium propoſitis, & æſtimatoribus adhibitis, diligenti æſtimatione facta illorum precium conſtituere, ac ſiue ad plenum debitum ſiue ad eius aliquam partem ſufficiant, ſibi imputare atq; aſſignare.

Idem Aug. Præfecto vrbis.

In Edicto 7. cap 5. Decimæ cautio argentariis remiſſa.

HOc quoq; illis ad petitionem ipſorum concedere viſum eſt, vt quando dicam aliquibus impungunt, & ad promiſſionem decimæ partis adiguntur, ne ab illis fideiuſſiones exigantur, ſed ſufficiat ipſorum hac de re factum promiſſum: quippe qui digni ſint quibus per ſe credatur, quum ipſorū fides & pro aliis ſufficere exiſtimetur. Illud manifeſtum ſit, quod ſi legi ſuccubuerint, nihil illis proderit fideiuſſorem non dediſſe: ſed nihilominus decimæ partis pœnam depenſuri ſunt, quemadmodum & qui illos in ius vocant, ipſis. Inſuper & qui ab illis in ius vocantur, ſimilibus pœnis ſubiicientur. Hoc vnum diſcrimen in hoc capite fuerit, quod

Digitized by Google

(quemadmodum iamiam dictum eſt) qui è collegio argentariorum actiones inſtituunt fideiuſſorum datio in decima parte per ſpeciale noſtrum beneficium his condonata & remiſſa ſit.

Ibidem cap. VIII.

Idem ius ſeruetur, quod aliis cum ipſis contrahẽtibus.

CÆterum quod in quoq; dictorum capitum ſpecialiter poſuimus, id in orationis obſignatione & fine generaliter ponere viſum eſt, vt in omnibus prædictis his qui in prædicto argentariorum corpore recenſentur, eorumq; hæredibus & ſucceſſoribus, tum etiam illis qui cum ipſis contrahunt, aceorum hæredibus & ſucceſſoribus, in quibus rebus aduerſus argentarios actiones mouent, æqualia priuilegia ſint. Conuenit enim, vt vtraq; pars eam ſimplicitatem integritatemq; in contractibus ac negociis ſuis ſeruet, quam ſibi ab altera ſeruari velit.

Argentariis parata exhibeatur executio.

Hiſdemum per præſentem ſacram noſtram pragmaticam formam iuſſis & hoc addimus, vt prudentia tua omneſq; magni magiſtratus eos qui in prædicto collegio recenſentur, iuuent, vt ſiue per edicta, ſiue per literas, ſiue per alium quencumq; conſuetum modum ſeruato iuris ordine competens ſubſidium conſequantur, poſſitq; illis aduerſus improbos ſuccurri, neq; cogantur & ipſi aduerſus alios improbi eſſe, ſed æquos atque bonos ſe illis, qui cum ipſis contrahunt, exhibeant: quippe cum id noſtrorum temporum bonitati vniuerſæq; reip. contractibus, quorum præcipui quinq; & maxime neceſſarii ſemper per prædictum collegium fiunt, conueniat.

Mollhominus in Diſſertat. de iure in Prelator. defunct. bona.

TITVLVS LXIII.

DE CAMPSORIBVS, ET BANCIS MERcatorum.

Auri & argenti negotiatio.

Salomon Rex in Prouerbiis cap. III. Verſ. 14.

Cambium monetarũ in ciuitatibus, quod ſimpliciter Moneta vocatur, Germanice die Wechſel.

MElior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti, & auro primo & puriſſimo fructus eius.

Imp. Otto IV. Aug.

Porro cum Romani Imperatores & Reges, anteceſſores noſtri, in omnibus ciuitatibus & oppidis Eccleſiarum Imperii, durantibus curiis Imperialibus in illis, accipere conſueuerunt teloneum & monetam, & in ſuos vſus conuertere. Nos propter ſinceram dilectionem, quam ad memo-

memoratum gerimus Archiepiſcopum, eandem conſuetudinem vſuſq; debitum prorſus abolere decreuimus, & tam Magdeburgenſi ciuitati, quam vniuerſis oppidis ad ipſam eccleſiam pertinentibus, illius onus obſequii liberaliter in perpetuum relaxamus. Dat. apud Brunſuig, 13. Kal. Iunii anno 1208.

Imp. Fridericus II. Aug.

Idem ibidem.

Moneta Magdeburgenſis.

Cum in ciuitate Magdeburgenſis Eccleſiæ, vel oppidis pertinentibus ad eandem, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris curias Regales celebrari contigerit, vniuerſis, quæ in aliis ciuitatibus atq; locis in moneta, teloneis & cæteris vtilitatibus quibuſcumq; Imperiali iure prouenerint ab eiſdem, in præfati Archiepiſcopi & ſucceſſorum eius bonis & fructibus libera ſemper exiſtant prædictæ Eccleſiæ profutura. Dat. Herbipoli anno 1216.

Imp. Otto I. Aug. Adaldago Hamburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.

In Priuilegiis Archiecclesiæ Hamburgenſ. Col. 58.

Moneta Bremenſis.

Conſtituendi mercatum in loco Bremum nuncupato tibi conceſſimus licentiam, Bannum & teloneum, nec non monetam, totumq; quod inde Regius Reipublicæ fiſcus obtinere poterit, prælibatæ conferimus ſedi. Dat IV. Idus Auguſti, anno 966.

Imp. Fridericus II. Aug. in conſtitutione de priuilegiis Reſpublicæ Norimbergenſis.

Conſtitutionum Imperial. tom. 1 fol. 191.

Moneta Norimbergenſis & Donawerdenſis.

In nundinis werde ciuis Norimbergenſis cum denariis Norimbergenſibus de iure cambiet & emet aurum & argentum, & nemo prohibebit. Similiter in nundinis Nortlingenſibus cum denariis Nurembergenſibus ement & cambient, aurum & argentum; & Magiſter monetæ Nurembergenſis illuc ibit, ſi voluerit, & denarios ſuæ monetæ ibi formabit. Dat. apud Nuremberg. anno 1219.

Imp. Otto IV. Aug. venerabili & dilecto nobis Monaſterio in Walkenrieth, Ciſtertienſis ordinis.

Eccleſ. Monim. in Chron. VValkenrieth fol. 77.

Moneta Northuſenſis.

Propterea fratres præfatæ Eccleſiæ abſoluimus ab omni exactione & collecta, quæ fit in Northuſen ad qualeſcumq; ciuitatis neceſſitates, vt nec de areis ſuis ibi dent ad aliquam ciuitatis iuſtitiam, neque de curribus onera Eccleſiæ ferentibus teloneum ſoluatur; & liberam concedimus.

mus facultatem commutandi argentum ſuum apud quemcunque voluerint.

In Priuilegiis der Statt Franckfurt Part 1. f. 37. Moneta Francofurtenſis.

Jmp. Ludouicus I V. Aug.

AUch haben mir jhne di: Gnade gethan/vmb den Wechſel in der Statt vberall beſtellen mügene/wie ſie duncket daß es jhm vnnd dem Lande nützlich ſey/vnnd er ſoll auch anders niemandts Wechſeln/ dann ſie oder die ſie von jhrent wegen daruber ſetzen/vnd wie ſie den Wechſel beſtellen/da ſoll vns wol mit genugen/Dat. Franckfurt 1346.

Conſtitutionum imperialium to. 2. f. 127. Cambia mercatorum & nůmulariorum.

Jmp Maximilianus I. Aug. & Leo X. Papa, in Decretis Romanis de expeditione Turcica, cap. v. anno 1517.

QVoniam autem neque ſimul omnis pecuniarum ſumma exigi, & continue in exercitu militibus ſtipendia ſolui opus eſt; neceſſe eſt in omni prouincia conquiri mercatores & numularios boni nominis, qui hanc aſſumant curam pecunias tranſmittendi, ac, vbi neceſſarium fuerit, permutandi cum honeſto lucro laboris ſui. Quo quidem labore etiam cœlum lucrabuntur. Ac ſingulis mercatoribus ſuæ regiones diuidendæ, ex quibus redactæ pecuniæ ad eos referantur. Hæc enim videtur eſſe optima & cuſtodiendi & diſpenſandi ratio.

TITVLVS. LXIV.

DE AVRIFABRIS.

Aurifabri deprauantes metallum pro furibus puniatur. *Conſtitut. Sicular. lib. 3 tit 36. L. 1.*

In Lege Wiſigothorum L. III. tit. VI. lib. VII.

QVi aurum & facienda ornamenta ſuſceperit, & adulterauerit, ſiue æris aut argenti, vel cuius cumq; vilioris metalli permixtione corruperit, pro fure teneatur.

Aurum & argentum in quanta puritate operandũ.

Jmp. Fridericus II. Aug.

AVrifices autem, qui in auro & argento laborant, cum fide & ſtudio volumus operari.

Sic nullus in Regno noſtro laboret aurum, quod per libram de puro auro minus teneat, quam octo vncias. Similiter argentum aliquis non laboret, quod minus vncias vndecim puri argenti per libram habere noſcatur.

ficatur. Quod obtinet, ſiue venale opus huiuſmodi artifices per ſe faciant, ſiue ab alio recepta materia opus fingant, vt anulos, fibulas, paropſides, vel cuppas aureas aut argenteas, in quibus aliquid vel vltra prædictam quantitatem formamà materiarum dominis immiſceri minime petatur.

Et vt fraudes artificum pœna non careant, ſi contra prohibitionem & ordinationem noſtram in eorum artificiis fuerint inuenti doloſe verſari; prima vice deprehenſus in dolo, falſa opera faciens, libram vnam auri puriſſimi fiſco noſtro componat: quam ſi propter inopiam dare non poterit, fuſtigetur. Iterato verò deprehenſus in ſimili, manum perdat. Tertio deprehenſus talia perpetrare, ſuſpenſus in furcis, mortis periculum ſubeat, quod iuſto iudicio meruit illicita perpetrando, & non corrigendo commiſſa. *Aurifabrorum delinquẽtium pœna.*

Imp. Carolus V. Aug. in Reformatione politiæ Auguſtana tit. xxxv. anno 1548.

DIeweil dann auch daß Silber in vngleichem gehalt verarbeit / vnd darinn viel geſährligkeit gebraucht wird / ordnen / ſetzen vnnd wollen wir / hiemit ernſtlich gebietend / daß hinfüro alles Werck Silbers jede Marck / ſo hinfüro von den Goldſchmitten verarbeitet wird / es geſchehe in welcherley geſtalt es wolle / nicht weniger dann vierzehen Loth feines Silbers halten / vnd ehe die Arbeit außgehet / durch den Goldſchmidt / vermittels ſeines gethanen Eyds / zuuor auff die Prob oder Schaw / die allenthalben durch die Oberkeiten verordnet / geliefert vnnd probiert / ſein eigen Zeichen / neben des Herrn oder Statt / darunder er ſeßhafftig iſt / Wappen oder Zeichen / geſchlagen werden ſoll. Wo aber er die lieferung auff die Schawe vnd Prob nicht thun / oder das verarbeitet Silber nicht vierzehen Loth feines Silbers zuhalten befunden / alsdann ſoll der Goldſchmid von der Oberkeit / nach geſtalt des Wercks vnd betrugs / geſtrafft werden. *Argenti puritas ſit quatuordecim lotonum.* *Prolatio publica.*

Imp. Ferdinandus I. Aug. in Edicto Monetario 1559.

DErgleichen ob die Goldſchmid Gold oder Silber zur notturfft jhres Handwercks nicht bekommen möchten / vnnd die Gülden vnd Silbern Müntzen verbrechen müſten / ſo ſollen ſie doch ferner vnnd mehrers nicht brechen / dann ſo viel zu verlag jhres Handwercks bedürfftig vnd in keinen weg verkauffen / vnnd verführen bey vermeydung vorgeſetzter Peen vnnd Straff. *Nummos conflare aurifabris permittitur.*

Sie

Sie ſollen auch einige Gülden oder Silberne Müntzen nit brechen / ohn verwiſſen jhrer ordentlicher Oberkeit.

Imp. Rudolphus II. Aug. in Reformatione Politiæ Francofurtenſis, tit. XXXVI. anno 1577.

Magiſtratuum Ordinationes de proba iuſta aurifabrorum.

DAmit auch ſolcher billicher verordnung durchauß gehorſamlich gelebt werde / ſollen die Stände vnd Oberkeiten den Goldſchmitten ſo wol in jhren kleinen/als gröſſern Stätten/ſolche anordnung machen/daß ſie allenthalben jhre Silber Arbeit auff ſolche Reichsprob vnd Schaw machen vnd liefern/als nechſtgemelt.

In Lege Wiſigothorum. L. IV. tit. VI. lib. VII.

Aurifabro ſi de materia aliquid ſubtraxerint.

Aurifices, Argentarii, vel quicunq; artifices, ſi de rebus ſibi commiſſis aut traditis aliquid ſubtraxerint, pro fure teneantur.

TITVLVS LXV.

DE PECVNIAE APPELLATIONE.

Imp. Juſtinianus I. Aug. Joanni Præfecto prætorio.

L. 2 § 1. C. *de conſtitut. pecun.* Pecuniæ appellatio eſt latiſſima.

ET neminem moueat, quod ſub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definiamus: cum & in antiquis libris Prudentium, licet conſtituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniæ tantum per eam exigebantur, ſed omnes res, quæ pondere, numero, menſura conſtitutæ erant. Sed & poſſibile eſt omnes res in pecuniam conuerti. Si enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quæ expreſſa eſt, in conſtituendis rebus ponatur, quid diſtat à nomine ipſius pecuniæ? Sed vt ſubtilitati eorum ſatisfiat, qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula amplecti deſiderant, ita omnes res veniant in conſtitutam actionem, tanquam ſi fuiſſet ipſa pecunia conſtituta: cum etiam veteres pecuniæ appellatione omnes res ſignificari definiant, & huiuſmodi vocabulum & in libris iuris auctorum, & in alia antiqua prudentia manifeſtiſſime inuentum ſit.

L. XI.

L. XI. ſ. II. D. de Receptis, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant.

In vulgatis libris eſt titulus, De arbitris.

Quod ait Prætor, pecuniam compromiſſam, accipere nos debere, non ſi vtrimq; pœna nummaria, ſed & ſi alia res vice pœnæ, promiſſa ſit. & ita Pomponius ſcribit.

Nummi appellatio ſtrictior quam pecuniæ.

L. CCXXII. D. de verbor. ſignif.

Pecuniæ nomine non ſolum numerata pecunia, ſed omnes res, tam ſoli quam mobiles, & tam corpora quam iura continentur.

Pecuniæ nomine omnia intelliguntur, quæ ſunt in alicuius bonis.

L. CLXXVII. D. de verb. ſignificat.

Pecuniæ verbum non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam, hoc eſt omnia corpora. nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt qui ambigat.

Propriè tamē corporalia.

L. I. §. I. D. de rerum diuiſione.

Pecunia eſt res corporalis, obligationes autem quoquomodo contractæ ſunt incorporales.

Quia ipſa pecunia in corporalibus cenſetur.

L. LXXIX. §. I. D. de legatis & fideicommiſſis. lib. 3.

His verbis: Quæ ibi mobilia mea erunt, delego: nummos ibi repoſitos, vt mutui darentur, non eſſe legatos, Proculus ait: at eos, quos præſidii cauſa repoſitos habet (vt quidam bellis ciuilibus factitaſſent) eos legato contineri: & audiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes; Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe; peculium appellantes, quod præſidii cauſa ſeponeretur.

Et quidem mobilibus.

Imp. Conſtantinus VIII. Aug. in Eclog. II.

Leo VI. Imp. in Baſilic. lib. 2. tit. 2. c. 222.

Pecuniæ nomine non ſolum numerata pecunia, ſed omnes res mobiles, & immobiles, & corporales, & iura continentur.

Alioqui pecuniæ nomine tam iura, quam corpora veniunt.

Idem Aug. ibidem.

Non numerata tantum pecunia continetur appellatione pecuniæ, ſed omnia corpora.

Idem de tit. 2. c. 178.

L. I. §. IV. D. de calumniatoribus.

Pecuniam autem accepiſſe dicemus, etiamſi aliquid pro pecunia acceptum.

Idem lib. 60. tit. 1. c. 2.

Imp. Conſtantinus VIII. Aug. in Eclog: X.

Pecuniam accipere dicitur etiam is, qui pro pecunia quid aliud, & qui actione liberatur, vel cui pecunia gratis vtenda datur, vel qui conducit aut emit minoris, & qui alteri dari iubet, & qui datum alteri ſuo nomine ratum habet.

L. V. D. de verbor. ſignificatione.

Rei tamen appellatio latior eſt, quam pecuniæ.

Rei appellatio latior eſt, quam pecuniæ, qua etiam ea, quæ extra computationem patrimonii noſtri ſunt, continet: cum pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt.

Idem lib. 2. tit. 2. c. 5.

Imp. Conſtantinus VIII. in Eclog. II.

Rei appellatio latior eſt quam pecuniæ quoniam & ea, quæ extra computationem patrimonii ſunt, continet: quum pecuniæ ſignificatio ad illa, quæ in patrimonio ſunt, referatur.

Idem d. tit. 2. c. 88.

Idem Aug ibidem.

Quanquã tantum pecuniæ quis habere dicatur, quantum in rebus ſuis poſſidet.

Fere tantum quiſq; pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius colligi poteſt. ſic dicimus, centies centenos aureos eum habere, qui tantum bonorum in prædiis cæteriſq; rebus habeat.

L. LXXXVIII. D. de verbor. ſignif.

Tantum quiſq; pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt. Sic dicimus, centies aureorum habere, qui tantum in prædiis cæteriſq; ſimilibus rebus habeat.

Idem lib. 2. tit. 2. c. 97.

Quod maxime in teſtamentis & fideicõmiſſis notandum.

Imperat. Conſtantinus VIII. Aug. in Eclog. II.

Si abs te ſtipuler, quanta pecunia ad te peruenerit ex illius hæreditate, res ipſas ſtipulari videor, non earum pretia.

L. XCVII.

L. XCVII. D. de verbor. ſignif.

Cum ſtipulamur; Quanta pecunia ex hæreditate Titii ad te peruenerit, res ipſas, quæ peruenerunt, non pretia earum ſpectare videmur.

L. LXIV. ſ. D. ſoluto matrimonio.

Quod ait lex; Quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato: oſtendit, æſtimationem hæreditatis vel bonorum liberti, non ipſam hæreditatem, voluiſſe legem præſtare: niſi maritus ipſas res tradere maluerit; & hoc enim benignius admitti debet.

L. XCVI. D. de legatis & fideicommiſſis lib. I.

Quidam teſtamento vel codicillis ita legauit: Aureos quadringentos Pamphilæ dari volo ita, vt infra ſcriptum eſt: ab Iulio actore aureos tot; & in caſtris quos habeo, tot; & in numerato quos habeo, tot. Poſt multos annos, eadem voluntate manente, deceſſit, cum omnes ſummæ in alios vſus translata eſſent. Quæro, an debeatur fideicommiſſum? reſpondi: veroſimilius eſt, patremfamilias demonſtrare potius hæredibus voluiſſe, vnde aureos quadringentos ſine incommodo rei familiaris contrahere poſſint, quam conditionem fideicommiſſo inieciſſe, quod initio pure datum eſſet, & ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur.

L. IX. D. de auro, argento, mundo, &c. legatis.

Cum certum auri vel argenti pondus legatum eſt: ſi non ſpecies deſignata ſit; non materia, ſed pretium præſentis temporis præſtari debet. Atq; legatis.

L. I. §. I. D. de auro, argento, &c. legatis.

Cui certum pondus argenti dare iuſſus ſit, & pecuniam numeratam dando iure ipſe liberatur, ſi in ea pecunia eadem æſtimatio fuerit. quod ita verum eſt, ſi non certum genus argenti legatum ſit. L. I. D. de naut. fœn.

Imp. Conſtantinus VIII. Aug. in Eclog. II.

Leo VI. Imp. in Baſilic. lib. 53. tit. 5. c. I.

Traiectitiæ pecuniæ ſunt, quæ trans mare vehuntur, non quæ eadem loco conſumuntur. item, quæ ex iis comparata ſunt, ſi creditoris periculo nauigent. Traiectitiæ pecuniæ.

Digitized by Google

L. v. §. iii. D. de peculio.

Peculium. Peculium dictum eſt quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium puſillum.

L. xvi. D. ad ſenatusconſultum Trebellianum.

Quia pleriq; ἀπονοεσικῶς patrimonium ſuum, peculium dicunt.

L. ix. §. iii. D. de iure dotium.

Cæterum ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicunt, quæq; Galli peculium appellant, &c.

Titvlvs LXVI.

De avri et argenti appellatione.

Keyſerlich Land vnd Lehenrecht lib. i. tit. ccclxxxvi.

Qui argẽtum & aurum promiſit purũ putum dare tenetur. Niſi aliter conuenire poſſit cum creditore.

DEr Silber gelobet zu geben / der ſoll jhm geben lauter Silber vnnd ſöttiges. Lobet er jhm Gold zu geben / er ſoll es jhm geben bey dem beſten.

Imp. Juſtinianus I. Aug. in Nouell. iv. capit. iii.

Damus enim creditori licentiam volenti mobiles res accipere pro auro.

L. xxvii. ſ. D. de auro, argento, &c. legatis.

Argentum factum. Argentum factum recte quis ita definierit, quod neq; in maſſa, neq; in lamna, neq; in ſignato, neq; in ſupellectili, neq; in mundo, neq; in ornamentis inſit.

L. xxvii. D. de auro, argento, &c. legatis.

Quintus Mucius libro ii. Iuris ciuilis ita definit: argentum factum, vas argenteum videri eſſe.

L. VI. D. de revindicatione.

Si in rem aliquis agat, debet deſignare rem: & vtrum totam, an partem, & quotam petat. Appellatio enim rei non genus, ſed ſpeciem ſignificat. Octauianus ita definit, quod infectæ quidem materiæ pondus, ſignatæ vero numerum, factæ autem ſpeciem dici oportet. Argentum infectum, ſignatum, factum.

In Codice Theodoſiano vel Alariciano ab Imp. Carolo I. Aug. authentiſato.

Paul'us lib. 3. ſentent. tit. 7.

Argento legato, maſſæ tantummodo debebuntur. Vaſa enim quæ proprio nomine ſeparantur, legato non cedunt.

Imp. Juſtinianus I. Aug. Joanni Præfecto prætorio.

L. vlt C. dep. ſiti.

Si quis certum pondus auri vel argenti: confecti, vel in maſſa conſtituti depoſuerit, &c.

L. XIX. §. II. D. de furtis.

Quod ſi quis argentum infectum petat, & maſſam argenteam dicere, & pondus debebit ponere.

Signati argenti numerum debebit complecti; veluti, aureos tot, pluresue furto ei abeſſe.

L. I. §. XL. D. Depoſiti.

Si quis argentum, vel aurum depoſitum petat, vtrum ſpeciem, an & pondus complecti debeat? & magis eſt, vt vtrumq; complectatur.

L. LXXVIII. §. IV. D. de legat. & fideicomiſſ. lib. 3.

Illud fortaſſe quæſiturus ſit aliquis, cur argenti appellatione etiam factum argentum comprehenderetur: cum, ſi marmor legatus eſſet, nihil præter rudem materiam demonſtratum videri poſſet? cuius hæc ratio traditur, quippe ea, quæ talis naturæ ſint, vt ſæpius in ſua redigi poſſint initia, ea materiæ potentia victa, nunquam vires eius effigiant.

L. XXVII. ʃ. D. de auro, argento, &c. legatis.

Argenti appellatione nummi nõ veniunt.

An, cui argentum omne legatum eſt, ei nummi quoq; legati eſſe videan-

ideantur, quæritur & ego puto, non contineri, non facile enim quiſquam argenti numero nummos computat. Item argento facto legato, puto, niſi euidenter contra ſenſiſſe teſtatorem appareat nummos non contineri.

Argento omni legato, quod ſuum eſſet, ſine dubio non debetur id, quod in credito eſſet. hoc ideo, quia non videtur ſuum eſſe, quod vindicari non poſſit.

Nec fracta & colliſa vaſa.

Cui aurum, vel argentum factum legatum eſt; ſi fractum aut colliſum ſit, non continetur. Seruius enim exiſtimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commode vti poſſumus. argentum autem fractum & colliſum non incidere in eam definitionem, ſed infecto contineri.

Aurum factum infectum, &c.

Cui legatum eſt aurum omne, quod ſuum eſſe, cum moreretur, vindicare potuit; ſuum eſſe. Sed ſi qua diſtributio eius rei facta eſt, tunc intereſt, quomodo ſit legatum. ſi factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſiue id ſua ſiue alterius vſionis cauſa paratum eſſet, veluti vaſa aurea, emblemata, ſigna, aurum muliebre, & cætera, quæ his rebus ſunt ſimilia. Sed ſi infectum legatum eſt, quod eius ita factum eſt, vt eo, quod ad rem comparatum eſt, non poſſis vti ſine refectione, quodque ab eo patrefamilias infecti numero fuerat: id videtur legatum eſſe. Si autem aurum vel argentum ſignatum legatum eſt, id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod eius aliqua forma eſt expreſſum, veluti quæ Philippi ſunt, itemq; numiſmata, & ſimilia.

L. XIX. D. de auro, argento, &c. legatis.

Auri & argenti appellatione pecunia non venit.

Cum aurum vel argentum legatum eſt: quidquid auri argentique relictum ſit, legato continetur, ſiue factum ſiue infectum. pecuniam autem ſignatam placet eo legato non contineri.

Auri & argenti pondere legato, quid debeatur.

Proinde ſi certum pondus auri ſit legatum, vel argenti, magis quantitas legata videtur; nec ex vaſis tanget.

Sed ſi argenti facti pondo centum ſint legata, ex facto argento debebitur legatum.

Replumbatio argent.

Celſus libro nonodecimo Quæſtionum quærit, ſi centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, vt ſic appendantur? Et Proculus & Celſus aiunt, exempto plumbo appendi debere. nam & emptori-

Digitized by Google

ptoribus replumbatæ adſignantur, & in rationes argenti pondus ſic defertur. quæ ſententia habet rationem.

Simili modo quæritur, ſi cui argentum legetur, an emblemata aurea, quæ in eo ſunt, eum ſequantur? & Pomponius libro V. ex Sabino diſtinguit, multum intereſſe, certum pondus ei argenti facti legetur, an vero argentum factum. Si pondus, non contineri: ſi argentum factum, contineri: quoniam argento cedit, quod ad ſpeciem argenti iunctum eſt. Emblemata aurea.

Idem Celſus libro nonodecimo Digeſtorum, commentario ſeptimo ſcribit, auro legato ea, quæ inaurata ſunt, non deberi: nec aurea emblemata, quæ in abſidibus argenteis ſunt. Inaurata vaſa.

An autem auri appellatione annuli aurei contineantur, quæritur? & quintus Saturninus libro X. ad edictum ſcribit, contineri. Annuli aurei.

Lectum plane argenteum, vel ſi qua alia ſupellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur, ſi numero argenti habita non eſt. vt in iunctura argentea ſcio me dixiſſe, quod non in argentario paterfamilias reponebat. Sed nec candelabra, nec lucernæ argenteæ, vel ſigilla, quæ in domo repoſita ſunt, vel imagines argenteæ, argenti appellatione continebuntur; nec ſpeculum vel parieti adfixum, vel etiam quod mulier mundi cauſa habuit, ſi modo non in argenti numero habita ſunt. Lectus argenteus, Candelabra, Sigilla, &c.

Argento facto legato, Q. Mucius ait, vaſa argentea contineri, veluti parapſidas, acetabula, tryllas, pelues, & his ſimilia; non tamen, quæ ſupellectilis ſunt. Argento facto legato.

Infecti autem argenti appellatio rudem materiam continet, id eſt, non factam. Quid ergo ſi cæptum ſit argentum fabricari, nondum perfectum? vtrum facti, an infecti appellatione contineatur, dubitari poteſt. Sed puto magis facti. Certe ſi iam erat factum, ſed celabatur: facti appellatione continebitur. An & celati continebitur, quod celari cœpit? & puto contineri, ſi cui forte celatum ſit argentum legatum. Infectum argentum.

Perueniamus & ad gemmas incluſas argento auroq́;. Et ait Sabinus, auro argentoue cedere. etenim cedit, cuius maior eſt ſpecies, quod recte expreſſum. Gemmæ incluſæ.

Semper enim, cum quærimus, quid cui cedat, illud ſpectamus, quid cuius rei ornandæ cauſa adhibetur: vt acceſſio cedat principali. Cedent igitur gemmæ phiatis vel Lancibus, incluſæ auro argentoue.

In margaritis quoque & auro idem eſt. nam ſi margaritæ auri ornandi gratia adhibitæ ſunt, auro cedunt: ſi contra, aurum margaritis cedet.

Idem

Digitized by Google

Idem & in Gemmis annulis incluſis.

Auro legato vaſa aurea continentur: & gemmis, gemmea. Secundum hæc, ſiue gemmæ ſint in aureis vaſis, ſiue in argenteis, auro argentoue cedent. quoniam hoc ſpectamus, quæ res cuius rei ornandæ cauſa fuerit adhibita, non quæ ſit pretioſior.

Paulus lib. 3 ſentent. tit 7.

In Codice Theodoſiano vel Alariciano ab Imp. Carolo I. Aug. authentiſato.

Auro legato, gemmæ quoque incluſæ, itemque margaritæ & ſmaragdi legato cedunt. Sed magis eſt voluntatis eſſe quæſtionem, infectum enim aurum debetur. factum enim ornamentorum genere continetur.

L. XI. D. de auro, argento, &c. legatis.

Si quis legauerit aurum, gemmas, margaritas, quæ in eo auro eſſent; etiam id aurum, cui neq; gemmæ, neque margaritæ ineſſent, legaſſe videtur.

L. XX. D. de auro, argento, &c. legatis.

Si, vt habiliter gemmæ geri poſſint, incluſæ auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus cedere.

L. XXXII. D. de auro, argento, &c. legatis.

Pediculis argenteis adiuncta ſigilla ænea, cæteraque omnia, quæ ad eandem ſimilitudinem redigi poſſunt, argento facto cedunt.

Auro facto adnumerantur gemmæ annulis incluſæ; quippe annulorum ſunt.

L. XXXVIII. §. II. D. de auro, argento, &c. legatis.

Imago fideiuſſa in templis poni.

Seia teſtamento ita cavit: Si mihi per conditionem humanam contigerit, ipſa faciam: ſin autem, ab hæredibus meis fieri volo iubeoq; ſignum Dei ex libris centum in illa ſacra æde, & in patria ſtatui ſubſcriptione nominis mei. Quæſitum eſt, cum in eo templo non niſi aut ærea aut argentea tantum ſint dona, hæredes Seiæ vtrum ex argento, an ex auro, ſignum ponere compellendi ſint, an æreum? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, argenteum ponendum.

L. L.

Digitized by Google

L. I. D. de ſuppellectile legata.

Supellex eſt domeſticum patrisfamiliæ inſtrumentum, quod neq; argento, auroue facta vel veſti adnumeretur. Supellex auri & argenti appellatione non venit.

L. IV. D. de legatis &c. lib. I.

Quod ſi quis, cum vellet veſtem legare, ſuppellectilem adſcripſit, dum putat ſuppellectilis appellatione veſtem contineri: Pomponius ſcripſit, veſtem non deberi. quemadmodum ſi quis putet, auri appellatione electrum vel aurichalcum contineri, vel (quod eſt ſtultius) veſtis appellatione etiam argentum contineri.

L. III. §. III. D. de ſuppellectile legata.

Nec intereſt, cuius materiæ ſunt res, quæ ſunt in ſupellectili. Sed craterem argenteum non eſſe in ſupellectili, ſed vas argenteum, ſecundum ſeculi ſeueritatem, nondum admittentis ſupellectilem argenteam. hodie propter vſum Imperatorum, ſi in argento relatum ſit candelabrum argenteum, argenti eſſe videtur: & error ius facit.

L. XX. VIII. D. de auro, argento, &c. Legatis.

Cum in teſtamento alicui argentum, quod vſus ſui cauſa paratum eſſet, legaretur: quæſitum eſt, quid cuiuſq; vſus cauſa videretur paratum eſſe: vtrumue id argentum, quod victus ſui cauſa paratum paterfamilias ad quotidianum vſum paraſſet: an &, ſi eas menſas argenteas, & eius generis argentum haberet, quo ipſe non temere vteretur, ſed commodare ad ludos, & ad cæteras apparationes ſoleret? & magis placet, quod victus ſui cauſa paratum eſt, tantum contineri. Argentum vſus ſui cauſa.

In Codice Theodoſiano vel Alariciano ab Imp. Carolo I. Aug. authentiſato.

Paulus lib. 3. ſentent. tit. 7.

Vaſis argenteis legatis, ea omnia continenrut, quæ capacitati alicui paratæ ſunt. & ideo tam potoria, quam eſcaria; item miniſteria omnia debebuntur, veluti vrceoli, pateræ, lances, piperatoria, cochlearia quoque, itemq; trullæ, calices, ſcyphi, & his ſimilia. Vaſa argentea.

Ibidem.

Vaſis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt. Argentum potorium.

Argento potorio legato, omnia, quæ ad poculorum ſpeciem compa-

Digitized by Google

rata ſunt, debebuntur, veluti pateræ, calices, ſcyphi, vrceoli, œnophoria, & conchæ.

L. XXI. D. de auro, argento, &c. legatis.

In argento potorio vtrum id duntaxat ſit, in quo bibi poſſit, an etiam id, quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, veluti colum niuarium, & vrceoli, dubitari poteſt. Sed propius eſt, vt hæc quoque inſint.

L. XXXVI. D. de auro, argento &c. legatis.

Poculum aureum.

Seiæ dulciſſimæ poculum aureum, quod elegerit, fidei hæredum committo vt darent. Quæro, cum in hæreditate non ſint, niſi trullæ, ſcyphi, modioli, phialæ, an Seia de his ſpeciebus eligere poſſit? Reſpondit, cum omnia potui parata, pocula dicantur, poſſe eam ex his eligere.

L. XXVII. §. D. de auro, argento, &c. legatis.

Matula.

Argento legato, non puto ventris cauſa habita ſcaphia contineri, quia argenti numero non habentur.

L. XXXII. §. I. D. de auro, argento, &c. legatis.

Argentea ſupellex.

Cymbia argentea cruſtis aureis illigata, margaritæ, quæ ita ornamentis muliebribus contextæ ſunt, vt in his aſpectus auri potentior ſit, auro facto adnumerantur. Aurea emblemata, quæ in lapidibus, apſidibus argenteis eſſent, & replumbari poſſent, deberi Gallus ait; ſed Labeo improbat. Tubero autem, quod teſtator auri numero habuiſſet, legatum deberi ait. alioquin aurata & incluſa vaſa alterius materiæ, auri numero non habenda.

Argento potorio vel eſcario legato, in his, quæ dubium eſt, cuius generis ſint, conſuetudinem patrisfamilias ſpectandum; non etiam in his, quæ certum eſt, eius generis non eſſe.

Quidam primipilaris vxori ſuæ argentum eſcarium legauerat. Quæſitum eſt, cum paterfamilias in argento ſuo vaſa habuerit, quibus & potabat & edebat, an legato hæc quoq; vaſa continerentur. Scæuola reſpondit, contineri.

Idem, cum quæreretur de tali legato; Hoc amplius filia mea dulciſ-

bre

ſima è medio ſumito, tibíque habeto ornamentum omne meum muliebre cum auro, & ſi quæ alia mulíebria appatuerint: cum teſtatrix negotiatrix fuerit, an non ſolum argentum, quod in domo vel intra horreum vſibus eius fuit, legato cedit ſed etiam quod in baſilica fuit mulíebre? reſpondit, ſi teſtatrix habuit proprium argentum ad vſum ſuum paratum, non videri id legatum, quod negotiandi cauſa venale proponi ſoleret; niſi de eo quoq; ſenſiſſe is qui petat, probet.

Neratius Proculum refert ita reſpondiſſe; vaſis electrinis legatis, nihil intereſſe, quantum ea vaſa, de quibus quæritur, argenti aut electri habebant. Sed vtrum argentum electro, an electrum argento cedat, id ex aſpectu vaſorum facilius intelligi poſſe. quod ſi in obſcuro ſit, inſpiciendum eſt, in vtro numero ea vaſa is, qui teſtamentum fecit, habuerit.

L. XXXIV. D. de auro, argento, &c. legatis.

SCribit Q. Mucius: ſi aurum ſuum omne paterfamilias vxori ſuæ legaſſet, id aurum, quod aurifici faciendum dediſſet, aut quod ei deberetur, ſi ab aurifice ei repenſum non eſſet, mulieri non debetur. Pomponius: Hoc ex parte verum eſt, ex parte falſum. Nam de eo, quod debetur, ſine dubio, vt puta ſi auri libras ſtipulatus fuerit, hoc aurum, quod ei deberetur ex ſtipulatu, non pertinet ad vxorem, cum illius factum adhuc non ſit. Id enim, quod ſuum eſſet, non quod in actione haberet, legauit. in aurifice falſum eſt, ſi aurum dederit, ita vt ex eo auro aliquid ſibi faceret. nam tunc, licet apud aurificem ſit aurum, dominium tamen non mutabit: manet tamen eius, qui dedit, & tantum videtur mercedem præſtaturus pro opera aurifici. per quod eò perducimur, vt nihilominus vxori debeatur. Aurum omne legatum.

Quod ſi aurum dedit aurifici, vt non tamen ex eo auro fieret ſibi aliquid corpuſculum, ſed ex alio, tunc quatenus dominium tranſit eius auri ad artificem, (quippe quaſi permutationem feciſſe videatur) & hoc aurum non tranſibit ad vxorem.

Item ſcribit Q. Mucius: ſi maritus vxori, cum haberet quinq; pondo auri, legaſſet ita: Aurum, quodcumq; vxoris cauſa paratum eſſet, vti hæres vxori daret, etiamſi libra auri inde veniſſet, & mortis tempore amplius, quam quatuor libræ, non deprehenduntur, in totis quinq; libris hæredem eſſe obligatum.

Digitized by Google

L. I. §. I. D. de auro, argento, &c. legatis.

Argenti pondus legatum.

Cui certum pondus argenti dare hæres iuſſus ſit, ei pecuniam numeratam dando iure ipſe liberatur, ſi in ea pecunia eadem æſtimatio fuerit, quod ita verum eſt, ſi non certum genus argenti legatum ſit.

L. 35. in pr. C. de donat.

Imp. Iuſtinianus. Aug. Juliano Præfecto prætorio.

Si quis argentum donauerit, certumq; pondus nominauerit, non autem alias vel generaliter vel ſpecialiter expreſſerit, neceſſitatem ei imponimus omnimodò præfatum pondus argenti dare ſiue in vaſis, quibus voluerit, non tamen peioribus æſtimatione maſſæ, ſiue in ipſa æſtimatione, quæ pro maſſa rudi in illis locis frequentia eſt.

L. XXXV. D. de auro, argento, &c. legatis.

Titiæ amicæ meæ, cum qua ſine mendacio vixi, auri pondo quinq; dari volo. quæro, an hæredes ad præſtationem integræ materiæ auri, an ad pretium & quantum præſtandum compellendi ſint? Paulus reſpondit; aut aurum ei, de qua quæritur, præſtari oportere; aut pretium auri, quanti comparari poteſt.

Item quæro, ſi lite conteſtata Prætor ita pronunciauit, vt materia præſtetur; an tutores audiendi ſint ab hac ſententia pupillum, aduerſus quem pronunciatum eſt, apud ſucceſſorem eius in integrum reſtituere volentes? Paulus reſpondit, Prætorem, qui, auro legato certi ponderis, materiam præſtari iuſſit, recte pronuntiaſſe videri.

L. XXXIV. §. I. D. de Auro, argento, mundi, &c. legatis.

Scribit Q. Mucius: ſi maritus vxori, cum haberet quinque pondo auri, legaſſet ita aurum; Quodcumq; vxoris cauſa paratum eſſet, vti hæres vxori daret: etiamſi libra auri inde veniſſet, & mortis tempore amplius, quàm quatuor libræ, non deprehenduntur, in totis quinq; libris hæredem eſſe obligatum.

Ibi-

Digitized by Google

Ibidem.

Quod ſi ita legaſſet vxori; Aurum, quod eius cauſa paratum erit, tunc rectiſſime ſcribit Q. Mucius, alienata libra auri, amplius quatuor pondo non remanebunt in obligatione. Aurum, quod eius cauſa paratum erit.

L. XXXIX. §. I. D. de auro, argento, &c. legatis.

Cum ita legatum eſſet; Argentum, quod domi meæ erit, cum moriar: o filius, nec quod depoſitum à ſe, nec quod commodatum reliquiſſet, argentum legatum videri, reſpondit. Idem Caſcellius de commodato. Labeo, quod depoſitum eſſet, ita deberi, ſi præſentis cuſtodiæ cauſa, non perpetuæ, veluti theſauro, depoſitum eſſet, quia illa verba, Quod domi meæ erit, ſic accipi debere, eſſe ſolebat. & hoc probo. Argentum domi meæ.

Attius Seruium reſpondiſſe ſcribit, cui argentum, quod in Tuſculano fundo, cum moreretur, habuiſſet, legatum eſſet, & quod, antequam moreretur, ex vrbe in Tuſculanum iuſſu teſtatoris translatum eſſet, deberi. Contra fore, ſi iniuſſu translatum eſſet.

L. IX. §. II. D. de contrahenda emptione.

Inde quæritur, ſi in ipſo corpore non erratur, ſed in ſubſtantia error ſit, vt puta ſi æs pro auro veneat vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento ſimile, an emptio & venditio ſit? Marcellus ſcripſit libro VI. Digeſtorum, emptionem eſſe & venditionem, quia in corpus conſenſum eſt, etſi in materia ſit erratum. Ego nullam eſſe venditionem puto, quotiens in materia erratur. Si erretur in ſubſtantia, non in corpore.

L. XIV. D. de contrahenda emptione.

Quid tamen dicemus, ſi in materia & qualitate ambo errarent? vt puta ſi & ego me vendere aurum putarem, & tu emere, cum æs eſſet? vt puta coheredes viriolam, quæ aurea dicebatur, pretio exquiſito vni hæredi vendidiſſent, eaque inuenta eſſet magna ex parte ænea? venditionem eſſe conſtat ideo, quia auri aliquid habuit. nam ſi inauratum aliquid ſit, licet ego aureum putem, valet venditio. Si autem æs pro auro veneat, non valet. Si in materia & qualitate.

Digitized by Google

L. XXIX. D. de auro, argento, &c. legatis.

Materia auro argentove iniecta.

SI quando alterius generis materia auro argentove iniecta ſit: ſi factum aurum vel argentum legetur, & id, quod iniectum eſt, debetur. Vtra autem vtrius materiæ ſit acceſſio, viſu atque vſu rei conſuetudinis patrisfamilias æſtimandum eſt.

Imp. Iuſtinianus I. Aug. Inſtitut lib. II. t. t. I. §. XXV.

Vas ex alieno auro vel argento.

Si quis ex alieno auro, vel argento, vel ære, vas aliquod fecerit: quæri ſolet, quis naturali ratione dominus ſit? vtrum is, qui fecerit, an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? Et poſt multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem, placuit media ſententia exiſtimantium, ſi ea ſpecies ad priorem & rudem materiam reduci poſſit, eum videri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit; ſi non poſſit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit. vt ecce, vas conflatum poteſt ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci. Quod ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena materia, partim ex aliena ſpeciem aliquam fecerit: dubitandum non eſt, hoc caſu eum eſſe dominum, qui fecerit; cum non ſolum operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdem materiæ præſtiterit.

L. VII. §. VII. D. de acquirendo rer. dominio.

Cum quis ex aliena materia ſpeciem aliquam ſuo nomine fecerit, Nerua & Proculus putant, hunc dominum eſſe, qui fecerit; quia quod factum eſt, antea nullius fuerat. Sabinus & Caſſius magis naturalem rationem efficere putant, vt, qui materiæ dominus fuerit, idem eius quoque, quod ex eadem materia factum ſit, dominus eſſet, quia ſine materia nulla ſpecies effici poſſit. Veluti ſi ex auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecero, &c. Eſt tamen etiam media ſententia recte exiſtimantium, ſi ſpecies ad materiam reuerti poſſit, verius eſſe quod & Sabinus & Caſſius ſenſerunt. Si non poſſit reuerti, verius eſſe quod Neruæ & Proculo placuit. vt ecce vas conflatum & rudem maſſam auri, vel argenti, vel æris, reuerti poteſt.

Mixtio alienæ & propriæ materiæ.

Voluntas duorum dominorum miſcentium materias, commune totum corpus efficit, ſiue eiuſdem generis ſint materiæ, veluti argentum confla-

conflauerunt: ſiue diuerſæ, veluti ſi alius aurum contulerit alius argentum.

Sed etſi ſine voluntate dominorum caſu confuſæ ſint duorum materiæ vel eiuſdem generis, vel diuerſæ, idem iuris eſt.

L. v. §. 1. D. de rei vindicatione.

Sed ſi plumbum cum argento mixtum ſit, quia deduci poſſit, nec communicabitur, nec communi deuidundo agetur, quia ſeparari poteſt: agetur autem in rem actio: Sed ſi deduci, inquit Pomponius, non poſſit; vt puta, ſi æs & aurum mixtum fuerit, pro parte eſſe vindicandum. nequaquam erit dicendum, quod in mulſo dictum eſt: quia vtraq; materia, etſi confuſa, manet tamen.

TITVLVS LXVII.

DE EXECVTIONE LEGVM ET SANctionum monetalium.

Imp. Maximilianus II. Aug. in Edicto per Imperium publicato, anno 1571.

WJewol nunmehr etliche viel Jahr anhero mit höchſter / Weyland vnſers geliebten Herrn vnd Vatters Keyſer's Ferdinandi / ꝛc. Chriſtſeligſter gedechtnus / auch vnſer vnd des heiligen Reichs Churfürſten / Fürſten vnd Stände / bemühung dahin getrachtet / wie vnd was maſſen man ſich im H. Reich Teutſcher Nation etlicher guten durchgehenden Müntzſorten / an Gold vnd Silber / verglichen / vnd dargegen die böſe geringe Müntzen / ſo hin vnd wider / zu mercklichem verderben der Vnderthanen / vnd erſteigerung aller Gewerben vnnd Handierungen / eingeſchlichen / widerumb außſchaffen möchte: darauff dann in An. 59. zu Augſpurg / ein gemeine Müntzordnung auffgericht / vnd in Form eines offentlichen Edicts allenthalben publiciert / vnd bey Namhafftigen hohen Peenen / menniglich dieſelb zuhalten vnd zuvollnziehen / ernſtlich gebotten. Zu deme auch letzlich dieſelbig Müntzordnung auff deme in Anno, &c. 66. zu Augſpurg gehaltenen Reichstag mit etlichen nutzlichen zuſatzen widerumb ernewert vnd gebeſſert / vnd abermals durch vnſere offene ins gantz Reich außgangene Mandaten zuhalten befohlen worden: So hat ſich doch bey jetzo newlichſt zu Speyer gehaltenem

Edicti monetalis prouida publicatio & confirmatio.

Reichs-

Reichstag/auß einkommenen der Kreyß vnd derſelben gehorſamer Stände bericht vñ anzeig ſo viel befunden/daß vnangeachtet aller vorangeregter ernſter Gebott vnd verabſchiedungen / dannoch an vielen örten gedachtem vnſerm Müntz Edict vnd ordnungen nicht gelebet / ſondern denſelbigen zu verfang vnd nachtheil / auch zu mercklichem vnwiderbringlichem Schaden der Stände / vnnd der einfeltigen Vnderthanen / die guten Reichsmüntzen mit groſſem hauffen auffgewechſelt / vmbgemüntzet / auch auß dem Reich verführet / vnd dagegen allerley außländiſche vnd heimiſche verbottene geringe/ vnd zum theil nichtswürdige Müntz Sorten eingeſchleicht/vnnd außgeben: Darneben auch mit dem betrüglichen vortheilhafftigen pregen/beſchneiden / ſeygern/wäſchen/abgieſſen/ verfälſchen vnnd widerſchlagen der Müntzen/ allerhand falſch vnd verbottens geſuchs getrieben werde.

Eiuſdem contemptus & transgreſſio vndiq; in valeſcẽs.

Dieweil dann daſſelbig keines wegs lenger zugeſtatten / ſonder durch vns vnd gemeyne Stände einhellig dahin geſchloſſen vnd verabſchiedt worden/ das vorangeregte Müntzordnung / alles jhres inhalts/von allen vnſern vnd des H. Reichs Ständen / derſelben angehörigen Vnderthanen / geſtracks gehalten/ vnd im heiligen Reich allein die zugelaſſene Güldene vnd Silberne Müntz Sorten gemüntzt / vnnd in kauffen/verkauffen oder andern handlungen/vnd bezahlungen/ in jhrem vnderſchiedlich geſetztem werth / gegeben vnd genommen/dagegen aber alle andere frembde vnd heimiſche böſe vnd geringe Silberne vnd Güldene Müntz / ſampt allen oberzehlten betrüglichen Müntz vnd Silber Handierungen gäntzlich abgeſchafft / vnd jedermenniglich ſich derſelben hierzwiſchen des erſten tags ſchierſtkünfftigen Monats Martij / gäntzlich enteuſſern durch vnſere offene Keyſerliche Mandata aufferlegt / vnnd gebotten werden ſoll. Hierumb/vnd in krafft ſolches gemeinen Reichs Beſchluß vnd Abſchieds/auch von Römiſcher Keyſ. Macht/vnnd bey Peen vnd Straff in viel berührter vnſer vnd des H. Reichs auffgerichter verbeſſerter Müntzordnung/auch näherm zu Speyer publicierten Reichs Abſchied außtrücklich beſtimpt vnd begriffen: Befehlen wir ewern L. L. v. A. vnd euch hiemit ernſtlich vnd wollen/ daß anfänglichs mehr bemelten Weyland vnſers geliebten Herrn vnd Vatters/ milter gedächtnus/in Anno 59. der ringern zahl / publicierten Müntz Edict vnd Abſchied/ deſſelben gleichen auch/dem hernacher zu Augſpurg / Anno, &c. 66. verglichenen vnd verabſchiedeten beſſerungen / vnnd was jetzo letzlich ſolches Müntz Articuls halben zu Speyer weiters verabſchiedt worden / in allen jhren Puncten / Clauſeln/ Meynungen vnnd Innhaltungen. Durch jedermenniglich gehorſamlich vnd vnweigerlich gelebet / daſſelbig aller dings gehalten / vollzogen / vnnd der gebür ins werck gerichtet / vnnd derwegen alle obangeregte frembde/ böſe vnd innlän-

Repetitio Edicti monetalis.

Inländiſche geringe müntzen / zwiſchen Dato vnnd den erſten ſchierſtkünfftigen Monats Martii, gäntzlich außgeſchafft/ vnnd weder in einigen bezahlungen/gewerben vnd handlungen/weiters für wehrſchafft außgegeben oder genommen/ſonder durch die jenigen/Reichsſtände / ſo mit müntzfreyheiten verſehen/vnd müntzgenoſſen ſind/von den Vnderthanen / ſo dero wenigſter beſchwerung / vnd ohne einigen geſuch oder nutzen / vngefährlich wie derſelben rechter werth/auffgewechſell / vnnd als gleich in gute Reichmüntzen/in halt deſſelben vnſers Keyſ. Müntzedicts verändert / vnd vermüntzt/vnd dan fürters im H. Reich kein andere ſilberne müntzſorten / dann die darinn beſtimpte/ an Schrot vnd Korn probierte Reichs gantze / halbe vnnd viertheil Thaler/auch Reichs gantze vnd halbe gulden zehen Creutzer / halbe Batzen/ Creutzer/ Pfenning/ Heller/ vnd etliche benannte Landmüntzen vnd an gulden Sorten/nur Reiniſch Goldgulden / oder Reichs Ducaten / inhalt deß Edicts/gemuntzt/nach in kauffen / verkauffen oder andern handlungen vnd bezahlungen/anders in jhrem vnderſchiedlichen geſetzten werth gegeben vnd genommen werden. Vnnd ſonderlich/ wollen wir auch vber zuuor etlicher mal vnſere außgangene Mandaten hiemit nachmals alles betrüglich müntzen/bregen/granallieren/ſieger ringern / beſchneiden / ſchwächen / weſchen/ abgieſſen/außwiegen/auffwechßlen / vnd gemeinlich alle dergleichen müntz verfälſchung / ernſtlich vnd bey verluſt Leibs vnd guts verbotten / vnnd darneben obbemeldeten ewren LL. AA. vnd euch aufferlegt/vnd befohlen haben in deren Chur vnd Fürſtenthumben/Gebieten vnd Oberkeiten/auff alle ſolche ding gute achtung zu geben / ſonderlich aber bey den Jahrmarckten / vnd andern verſamlungen der Kauffleuten / vnnd Handelhierer / deßgleichen dem fürnemmen Landpäſſen/Zöllſtätten/Staffeln / vnd Höffen /mit allem ernſt vnd fleiß auffzumercken/ vnnd zu inquirieren. Damit kein Reichs guldene oder ſilberne müntz / noch auch roh oder vngemüntz ſilber auß dem Reich/zu Waſſer oder Land geführet / noch ſonſten anderſt dann in jhrem geſetzten werth genommen vnd außgegeben/oder dagegen obangeregte frembde. böße vnzuläſſige Müntzſorten eingeſchleifft werden/vnd da ſich jemand / wer der auch ſein möcht/ deren dingen eines oder mehr dieſem vnſerm Keyſ. gebott/ vnd dem offtermals gemeltem Müntzedict zuwider / vnderſtehen vnd darob betretten wurde / denſelben / ohn allen reſpect der perſon / auch vngeachtet einiges gleyds / oder anderer fürwendungen / zu gebürlicher ſtraff anzunemmen/vnd gegen jhm/ſeinem Leib / Haab / vnd Gutern / inhalt vielberührter vnſer vnd deß H. Reichs Müntzordnung vnd Abſcheids zu handlen / vnd zu verfahren/alles bey ſtraff vnd peenen / darinnen weiters außgedruckt. An welchem allem erſtatten ewre LL. AA. vnd ihr vnſern endlichen willen vnd

